

Ms. 5. 4°.
4° Cod. ms. 5
162 ll
Ms.
VI
940

Jesus
Bibliothecae Acad. Ingolstad.

Epla Eusebij ad damasium epm portuensem. et ad theodomium Romanorum senatorem de obitu sancti Jeronimi.

Epla Eusebij Cremonen. ad Damasium Epm portuensem. et ad Theodomium Romanorum senatorem de obitu sancti hieronimi.

Ad Bibl. Acad. Lund.

Patri reuerendissimo Damasio Epo et probissimo Theodomo Romanorum Senatori. Eusebius olim hieronimi sanctissimi discipulus nunc uero eodem orbatus lumine pium dolorem et suauissimum gaudium. Multifariam multisque modis olim deus loquutus est nobis omnibus, per suum dillectissimum filium hieronimum, de scripturis sanctis in virtutibus et prodigiis multis, que per illum fecit ipse dns in medio nostri, sicut uos scitis. De quo etiam et nos testes sumus qui eum uidimus et oculis nris eius sanctitatem prospeximus, et manus nre contractauerunt de uerbo eius scientie, et doctrine quibus uita manifesta est. Quod ergo uidimus et audiuimus annuntiamus uobis. Eramus enim tamquam oues errantes erroribus, et superstitiosis fabulis non audientes sanam doctrinam sed coaceruantes sibi pseudo prophetas, qui surgentes in pplo magistri mendaces introducebant sectas uarias perditionis donec iste lucesceret dies qui tamquam sol refulgens quinquaginta annis, et sex mensibus multis laboribus, et erumnis in lectionibus et uigiliis ut nobis frangeret panem doctrine desudans, tenebras errorum profugans, et cunctos a perditione liberans effulxit in templo dei. Incipiensque ab oriente usque ad occidentem

Universitäts-München Bibliothek

auferens bella hereticorum, eorum arcum conterens, arma et
scuta sua combusit igni, quoniam in ipso deus posuit prodigia
super terram, ut nomen suum fieret in nationibus. Deinde per
transiens usque ad finem terre, sanando oppressos ab he
reticorum iaculis illuminando mentes hominum, scripturarum
enigmata reserando, soluendo nodos, obscura dilluci
dando, dubia exponendo, confutando, et corrigendo fal
sitates, et verissima ex linguis quam plurimis adunando. Ut
nobis notas faceret vias vite, et nos adimpleret gau
dio, letitia et exultatione, templum domini corroborauit, et
eius aditum instar lucerne. non sub modio, sed super cande
labrum in domini aula posite dominico irrigui rore plenissime
fecunditate posteris omnibus sua verborum preceteris elle
gantia singulari excellentius aliis omnibus patefecit,
ut irent in ciuitatem habitationis, et locum glorie inuenirent,
et ne fieret delut priores eorum genus paranarum, quos
dirrexit et liberauit tiberiorum perditione.

Cum enim sim sicut stipula ante faciem venti et
sicut lutum platearum balbutiens loqui nesciens
nec verba plene formare valens, quid imperiar
vobis carissimi patres et domini sue laudis. Nempe iuxta
illud apostoli. Si linguis hominum loquerer, et angelorum suum
laudandi genus nec dum attingerem Idcircho non in
arcu meo sperabo, nec gladius meus saluabit me,
sed dominus erit illuminatio mea, qui docuit et docebit manum
meam ad scribendum. et dirriget linguam meam ad loquendum
ut quondam asine balaam. quoniam ipsius est regnum, et

imperium, et dominatur a mari usque ad mare, et a flumine
usque ad terminos orbis terre, in cuius circuita posita sunt
ditione, coram quo procident reges, nec est qui possit sue
obsistere voluntati, quoniam omnia quecumque voluit fecit, in celo
et in terra, mari et in abissis. Et sic lingua mea tanti
viri laudem meditabitur et nomen suum annuntiabit
universis.

Hic vere fuit ille israelita in quo dolus non fuit
electus secundum cor domini ad loquendum omnia que sibi
mandaverat dominus universis gentibus, et regnis.
et doctor datus in gentibus, ut sentes evelleret, destrueret
disperderet, et dissiparet, et sapientiam veram seminaret,
edifficaret atque plantaret, hic est fratrum amator, hic
est ille qui populo xpiano tot librorum volumina ex linguis
ebraica et greca in latinam non parvo pondere translatavit.
Ecclesie officium primitus ordinavit, et totius sacre scripture
aspera fecit plana. Certe in huius lumine vidimus lu
men, cum pane sue salutifere doctrine pasci ambulamus
usque ad montem domini oreb. hic flumen aque vive splen
didum tamquam cristallum procedens de sede dei in ecclesie medio, et
ex utraque parte eius vite lignum afferens fructus tempore
suo cuius folia ligni sunt ad gentium sanitatem. Vir iste
in populo suo mitissimus apparuit, et deo dillectus, et hominibus
erat. Nunc pro ecclesia sancta vas vere admirabile omni.
ornatum lapide pretioso opus excelsi.

Verum tamen de hoc quid plura dicam. cuius enarrant
celi gloriam, et opera scripturarum manuum eius

annuntiant firmamentum. Non sunt loquele neque sermones quorum
non audiant doctrine verba, cum in omnem terram exiit sonus
eius. O ineffabilis misericordia salvatoris, que tot gratiarum
cumulos in hieronimo adunasti, ut que plene solus possidet
pene ulli hominum nisi particulariter fas sit aspirare. Hic certe
dux nostre fidei ad se currentes in celi contrahit arcem. Hunc
preceteris potioribus ornatum insignijs dignitatum in cantilenis,
et in proverbijs et operationibus, et interpretationibus mirate sunt
gentes, cuius nota facta est in populis virtus, quam impletus fuit
quasi lumen sapientia. Sed ut vera dicam iuxta illud regine sabbe.
Maior est enim sapientia et opera sua quam rumor quem auditis. Quam
certe bonus est iste his qui recto corde sunt quam malitiam
semper odivit, fecit enim mirabilia in terra nostra, sub umbra illius
sedimus, et fructus eius dulcis gutturi nostro. Quanta autem de
eo audivimus et cognovimus, quem annuntiabimus. At quis ego
sum ut narrem laudem eius, et virtutes eius, et mirabilia
eius que fecit. Sed quam non sum eloquens ab heri, et nudius
tertius ut breuius dicam. Si multis accipere Johannes baptista
est, uterque virgo, uterque heremita. De Johanne dicitur. Erat
Johannes vestitus pilis camelorum in deserto. De se hieronimus
dicat. Horrebant sacco membra deformia, et squalida cutis,
situm ethiopie carnis obduxerat. De Johanne iterum. Locustas
et mel silvestre edebat. De se hieronimus dicat. De
cibis et potu taceo cum etiam languentes monachi aqua fri-
gida utantur, et coctum aliquid sit luxuria accepisse.
Quid plura ille propter iusticiam martir. Iste vero, et si eius
spiritum materiale ferrum non abstulit, tamen martirij premio

non est expers. Duplex namque martirium est. unum succumbi gladijs impiorum. Alterum in infirmitatibus et aduersitatibus, in animo patientiam custodire. Certe hic est uere martir qui propter iusticiam et mansuetudinem et salutifera sue doctrine verba mundi huius lacrimarum salo certamen forte a malorum cetu viriliter supportauit. sciens quoniam omnium fortior est sapiencia, nec impie gessit in conspectu dei, Sed in omnibus tribulationibus suis inuocans dominum, non peccauit labijs suis. nec stultum aliquid contra deum locutus est. Taceam namque quot tribulationes. labores. afflictiones. cruciatus. agones. flagella. fames. sitim. amaritudines. carnis temptationes. abstinencias. vigilias. peregrinationes. carnis macerationes. nuditates. ieiunia. erumnas. et non solum hec, sed grauiora, et innumerabilia propter xpi iesu nomen. in suo gloriosissimo perpessus est corpore. ut idem loquitur. Stabam in heremo constitutus et in illa uasta solitudine que exusta solis ardoribus, monacis horridum prestabat habitaculum. cogitans me roncanis potiri delitijs. Quotidie gemitus. quotidie lacrime. et si quando me somnum inuiuens oppressisset, repugnantem. nude humo uix ossa herentia colidebam. horrebant sacco membra. Aqua frigida languens utebar. et coctum accepisse luxuria sit. Cutis mea propter incomoda, squalida carnis ethiopice situm eduxerat. Et tamen sotius scorpionum et ferarum, sepe choris intereram puellarum, et in frigido corpore, et in premortuo homine, iam sola libidinum incendia bulliebant. Teste deo memini me diem crebro uixisse cum nocte, nec a pectoris cessasse verberibus, donec iubente

dux Martirum

dño i me rediret tranquillitas. flebam cotinue et repug
nante carne ebdomadarū subiugabā. cellulā meā quasi
cogitationū mearū cōsciam pertimescebā. et mihimet
iratus et rigidus solus deserta penetrabā. et si cōcaua
uallium et prorupta rupium cernebā. ibi mee orōis locus.
Quis ergo infirmatus est et nō ipe? Quis scandalizatus
et nō ille? Sed si infirmitatibus et laboribus laudandi sūt
sancti, certe et hic laudandus est. Veniā aūt ad contu
melias et persequutōes quas ab improbis et falsis ptulit
fribus i huius ualle miserie. Quid aliud i hoc mondo
sua fuit uita nisi quedā iugis aduersus improbos hereti
corū et malorū oīuz cuneos pugna cōtinuūq; certamen.
Super eū rugierūt ut leones heretici qm̄ corrui eos et
tabescere fecit sicut aranea aīas eorū et fructus eorū
de terra pdidit. et semen eorū a filys hoīuz. Aperuerūt
i eū clerici lasciuiis dediti ora sua, et despexerūt eū, et
locuti sūt labys dolosis, et odio inquo oderūt eū, qm̄ eorū
insectatus est vitā pessimā et crimina. Circūdederūt eū
canes multi, et tauri pingues obsederūt eū, et insurrexe
rūt i eū testes inqui acuentes linguas suas sicut serpen
tes, et venenū aspidū sub labys eorū. cogitantes malitias
in corde tota die constituentes prelia supplantantes gressus
eius. et funes extenderūt i laqueo pedibus eius, ut de
lerent de terra memoriā eius et eicerūt eū de natiōibus
ut obprobriū fieret vicinis suis. Sup Romanū pplm
fuit magnificentia eius et virtus eius mirabilis in
verbis suis. alleuans corruētes. soluens compeditos.

illuminans cecos. et dirigens iustos. dans fortitudinem et
virtutem plebis dei. et quasi tuba altisonans annuntians cunctis
iniquis scelera. portas pctorum ereas, et vectes ferreos con
fringens. rumphea doctrine sue. Audientes aut hec ipsi
dissicabantur cordibus suis. et stridentes dentibus in eum
cogitauerunt et locuti sunt nequitias. arcum suum tetenderunt
et illum parauerunt, et in ipso parauerunt uasa mortis. Cum
aut esset ille plenus spu sancto in oronibus et operibus bonis
perseuerans, uitia mortificans, bona uiuificans, suscitans
de puluere egenum, et de stercore erigens pauperem. quoniam non
in uiribus equi, neque in tabernaculis uiri beneplacitum fuit
sibi, nec speraui in diuitiis, sed fortitudine dni roboratus
non formidauit aduersarios suos, sed super ipsos correctionibus
et doctrinis sanctis tonauit dans imperium regi suo. et
sublimans cornu xpi sui. alios docens laborando, sicut bo
nus miles xpi, sciens quod non coronabitur, nisi qui legittime
certat in agone nisi legittime certauerit. Videntes aut
hoc viri iniqui irati sunt et dolores comprenderunt eos,
quia sunt generatio praua et peruersa, filii in quibus non est
fides in ipsis, et exacerbauerunt eum in alienis abhominationibus
suis concitauerunt eum. et perdito consilio sine disciplina
ueste muliebri irridentes ei tamquam uiro luxurioso et iniquo
impetum fecerunt unanimiter in eum, et eiecerunt eum extra Ro
manam ciuitatem. At ille benignus, patiens, humilis. et
mansuetus. eorum uesanie locum dans proiciens post ter
gum suum, omnia peccata eorum, et recedens peragrauit consta
tinopolim ad Antistitem sanctissimum gregorium nazancenum.

O vir ineffabilis. O virtutum vas admirabile. O splendor
patientie, et lampas prefulgida. O diadema honoris et
glorie. angularis lapis firmissimus. exemplar innocentie.
columna aurea. et totius ecclesie fundamentum. cum plus tonderis
minus confunderis. Agnus quid innocens loqueris pressus
tot colla iugibus. Gratias ago domino meo quod dignus sum habitus
ut me odiat mundus. Scio namque me pervenire ad cellestem
gloriam per infamiam et bonam famam. Aperuit autem celos pa
tientia eius, quia ibi semper confirmata fuit gloria eius. et
in deo posuit fortitudinem suam, nec a domino recessit unquam cor
eius. Arcus fortium superatus est, et ipse accinctus est robore
et prevaluit in infirmitate sua, et fortis factus est in bello.
et dextera sua glorificata est in virtute, dextera manus sue
confregit inimicos, quia adiutor et protector eius factus est
dominus in salutem, et ideo cantemus domino quia magnifice fecit.
annuntiemus hoc in universa terra. hauriamus aquas in
gaudio de fontibus salvatoris. Evanuerunt impii in cogita
tionibus suis quia obscuratum fuit insipiens cor eorum, et cre
dentes se esse sapientes in malitiis suis stulti facti sunt
quia mutaverunt veritatem in mendacium. Sed tamen veritas
de terra orta est, et iustitia de celo prospexit. Et ideo
fatui in lacum quem aperuerunt, et in foveam quam fecerunt in
ciderunt. et iustus numquam fuit conturbatus, quia dominus firmavit
manum eius. Unde sanctissimi patres et domini considerate
virum istum quam fidelis semper in domo domini fuit ad docendum
nos et illuminandum abscondita tenebrarum, et effugandum
nequitias peccatorum. de quo nobis grandis esset sermo,

et interpretabilis ad dicendum. Sed nimis imbecillis factus
sum, quoniam intravit tremor in ossa mea, et subtus me turbata
sunt vestigia mea. ne nimis ascendam. Est enim angusta porta
et arta via. et tibus iste solidus perfectorum est et sapientium
qui exercitatos habent sensus ad discretionem. Quapropter non
modica difficilia et ardua tanti viri ineffabilis. cuius laude
plena est terra. cuius splendor est sicut lumen. et cornua sunt
in manibus eius et relinquens exitus sui gloriosi aliqua bre-
vissime cupio et eserare.

Deus enim omnipotens cuius misericordia preit ante faciem
qui et iustus est, et rectum iudicium suum, reddens mer-
cedem laborum sanctorum suorum pastor verus et bonus
misericordia disponens omnia, et congregans oves suas in
sinu suo. novissime diebus istis cursu intollerabili et one-
roso gravissimi in quo concupiscit caro adversus spiritum, et
spiritus adversus carnem feliciter consumato, portuque iam diu con-
cupito de navigatione huius maris procellosi in quo sunt reperti-
lia innumerabilia, et inimicorum agmina colluctantia ut decipiant
et trucident rectos corde iam obtento. suum dillectissimum filium
hieronimum exutum toga mortalitatis et putredinis huius
carnis miserrime perpetue immortalitatis bravio decoratum
ad celeste atrium evocavit. ut quod videbat hic in enigmate
ibi videat facie ad faciem. Quem cum extrema mortis eius hora
egredi de corpore urgeret, iam completis nonaginta et sex
annis, febri estuans valida, suos circha se voluit esse in
unum filios, quos sicut novellas plantationes stabilivit a
iuventute sua. quorum vultus luctu graves inter intuens ut

pius et misericors, his paulis per motus fletibus infremuit
spu, et lacrimans in me aliquantulum eleuans oculos, plana
voce inquit. fili Eusebi cur istas inutiles fundis lacrimas:
non ne vanum est super defunctum producere lacrimas. Quis
uiuens non uidebit huius corporis dissolutionem. Quod se
mel locutus est deus, et audisti. audes contradicere.
et nosti nullum sue posse resistere voluntati. Iam fili
rogo non secundum carnem ambules. flere desine. certe nostre mi
litie arma carnalia non sunt. Deinde multum illari, et
iocundo alacri uoce ceteros alloquens filios exclamauit.
Cesset meror. luctus abeat. sit omnium una vox gaude
tium, quia ecce tempus acceptabile. ecce dies iubilationis.
et leticie, pro omnibus uite mee. in quo fidelis dns in uerbis
suis. et sanctus in omnibus operibus suis. aperit manum suam
ut meam exulem animam hucusque in carcere mortis huius,
et ratu mei genitoris ade, et reuocet ad supernam patriam re
cuperatam suis. Filii dillectissimi quos semper habui in
visceribus caritatis, impedire gaudium meum nollite.
ne prohibeatis reddere terre quod suum est. corpus meum
statim exuite terre date. qua factum est ut redeat vnde
venit. Quibus finitis verbis, omnes fratres lacrimis made
facti, denudantes suum sacratissimum corpus, ita squali
dum et deforme abstinentiis quod quid terribile cunctorum
visui tenebatur. nam tanta erat affectum matie ut ossa
eius potuissent per articulos numerari, sic uerberibus
cruentatum ut leprosi corpus potius crederetur, unde
humo protinus tradiderunt, et ipsum sancti linteo cooperuerunt.

Ast ubi uir dei terre sensit asperitatem nimirum iocun-
datus conuersusque ad fratres predolore et angustia lacri-
marum fontibus inundantes inquit.

Hortor uos carissimi mei dillectissimi filij quos
genui in uisceribus Jesu xpi per dillectionem et cari-
tatem qua dillexi uos ut pacificati nunc pacem
habeatis. Debetis enim uos tamquam dei ministros domesticos et
amicos spiritualia anelare ut sitis alijs ad exemplum uos qui
spirituales estis. cur istas tot infructuosas funditis lacrimas?
peccatorum uobis semper recordatio lacrimas inducat. Tanto
prompti estote ad lacrimas quanto fuistis ad culpam.
Si quis peccato moritur flete. nam si malus cum per penitentiam
a morte surgit angeli gaudent in celis. Certe
si bonus peccato moritur angeli dolent. Me uero non
tamquam morientem lugeatis sed mecum tamquam portum salutis atti-
gente gaudeatis. Quid imbecillius miseria huius uite
qua tot circumdamur dolorum et passionum agminibus ut nulla
pene hora sit in qua uiuens quicumque homo liber a
dolore transeat. Si diues undique angustiatur timore
ne quod possidet amittat. Si pauper numquam quiescit
ut inueniat. Si bonus huic diaboli timet periculum.
huic ne nauis mortalis corporis in huius mundi pelago
naufraget non mediocriter pertimescit. Idcircho mul-
lus sexus. uel etas. uel conditio doloris transit expers,
quousque in hac manet miseria dite. Si quid in me cer-
nitis meum iter impediens dolete. heu quot nauigan-
tium per hoc mare magnum et spatiosum in quo sunt tot

diuersa gnā inimicorum secundum cuiuslibet virium quantitatem
colluctantia post multam nauigandi felicitatem post
multas victorias iam credentes finem capere proportatur
aliqua diabolica suggestione in hac hora ad laqueum
perditionis sua indiscretione deuenerunt. Heu quot
hic et vita recomendat et fama. quibus vnico pecti
consensu dira mors iminet et ruina. Idcircho dum
viuitis timeatis fres. Principium sapientie timor est
dni. Vita nra militia sup terram. Qui hic vicerit
alibi coronabitur. Dum hac pelle tegimur nulla
nobis inest certa victoria. Si nr genitor timuisset
nunquam cecidisset. Principium omnium malorum sui presumptio.
Qui non timet de se presumit. Quo inter latrones quis
onustus auro securus graditur. Saluator quid nos
aliud docet nisi timere. Vigilate inquit quia nescitis
qua hora fur venturus est. Nam si sciret paterfa
milias qua hora fur veniret vigilaret vtique et non
sineret perfodi domum suam. Summus clauiger petrus.
Sobrij inquit estote fres et vigilate quia aduersarius
vester diabolus tamquam leo rugiens circuit querens quem
deuoret. Nemo inter serpentes cum securitate habitat.
Qui sanctior et sapientior est plus semper timeat. Nam
qui altior est cadens maiores casus recipit. Esca dia
boli electa est de malis non curat quia sui sunt. Occi
dit ille Cecidit ille sapiens Salomon. cecidit et eius
genitor dauid electus secundum cor dni. Timeatis fres
iterum rogo undique timeatis quia beatus est vir timens dnm.

Et ei si consistant aduersu eu castra no timebit cor eius.
si exurexit i eu prelium i hoc sperabit. perfectus dei amor
vanu foras mittit timore. Timore vanu no ht caritas.
Caritas z timor dei vnu sut. Considerans ei hec propha
clamas dicebat. Infige timore tuo carnes meas. Quis ex
nobis e cupies uide dies bonos accedat huc z illuietur
z facies sua no cofundetur. Qui timet deu faciet bona
z demorabitur i bonis aia eius. z scm eius hereditate
possidebit terra qm firmamentu est dns timetibus eu,
z testm ipius ut manifestetur illis. Si quid boni facitis
cu magna cautela timeatis. Multi bona faciut quorum no.
fructus subripit humane laudis appetitus. Vere fue
rut virgines z tamen medie a celi hostio sut exclusi.
Heu quotquot hodie sut sacro renati baptismate qui
xpiano fungutur noie, quibus foret melius no fuisse.
Est ei gehennalis pena paganorum infinito minor q malorum
xpianorum. vtina no foret talium maior pars. Nauis
undiq sana unico submergitur foramine. Errauerut hoies no.
i hac uita solitudie. alii collaiugo auaritie submittetes.
Alii luxuria feditati z turpissie sues deturpati. Alii circa
inutilia dirripien occupati. vn abiecto rois usu coopantes
ut iumenta isipientia. z utina siles essent illis uiam
ciuitatis noue ierlm no inuenerut. In regnu celorum reprobus
nullus ingreditur. Centuplo arta e uia eius quo creditur. no.
qmuis larga sit uere timetibus. Timenti centurioni prouisit
xps ad eu accedere. presumenti regulo cu illo xpus ire
denegat. vere no omes hodie obediut euangelio. Veniet

dicebat aplus tpus i quo sanā doctrinā nō substinebūt hoīes.
plures pdicāt sed nō omēs ueritatē pdicāt. Si plinū corda
i peccatis alligāt onera grauia i peccatis minimis. In grauibꝫ
oculo cōmuēte. Est eī doctor flus gladius anceps. hinc
scindit opere ⁊ exēplo. hinc pcutit ⁊ iterficit verbis dolo
sis ⁊ iniquis. Quō ignis frigiditatē donat. aqua calliditatē. lapis quō sursū graditur. Vir luxuriosus quā pdicabit
castitatē ⁊ si pdicat que inde audiētibꝫ eueniet utilitas.
Quid pōt dicere audiens nisi quare pdicas. que opere
negas. Bene loquens ore ⁊ male uiuens opere, se ipm.
damnat. plus eī tacens talis pdicat q̄ loquēs. Ecce quā
tū deo sit acceptabilis deo talis pdicatio, ondit per psal
mistā. peccatori dixit deus quare tu enarras iustitias
meas, ⁊ assūs testm̄ meū per os tuū, tu uero odisti disci
plinā, ⁊ proiecisti sermones meos post te. Multi legūt
grandia. adiscunt ardua. subtiliter disputāt. ornate lo
quūtur, ut a pplō honores capiāt. magri i plebibus no
minētur ⁊ nihil faciūt. Si experto creditur mihi cre
dite. Cepit Jesus facere, postea docere. plus mouet corda
hoīm uite sanctitas, q̄ ornata colloquia. Facite. ⁊ postea
pdicate. Valet facere sine predicare, sed non predicare
sine facere. Non dixit deus. qui pdicauerit voluntatē
pris mei, sed qui fecerit. Non uituperō pdicatiōem nisi nō
facientibꝫ ea que pdicāt. Subtilū uerborꝫ doctor tātū,
⁊ non operū, ē qdam leuis auriū inflatio, ⁊ veritatis
famus cito sine fructu pertransiens. Intelligite fratres.
Intelligite que dico. Multo plus meretur, qui facit ⁊

pdicat. qm qui facit et tacet. Si bonum solum facio, mihi soli
prosum. Et si pdicans facio, et mihi et aliis. Unde qui
ad iusticiam erudiunt erunt quasi stelle in perpetua eter
nitate. Sunt enim sancti pdicatores lux ad luminandum, quia
per eorum doctrinam corda colligantia contecta nube pcti, xpo
vero lumine, qui lucet in tenebris, illuminantur. Sunt sal etiam
ad condiendum verbum dei, quod cibus est anima bonis operibus.
Cuilibet scienti iniungatur pdicationis officium dummodo faciat.
Ymo ut plus dicam. qui scit et solum facit, et alios non docet
tenebitur domino reddere rationem, Cum enim iuxta apl'm Johem
Qui odit fratrem suum homicida est. Et qui habuerit substanciam
mundi et viderit fratrem suum necessitatem patientem, et clause
rit viscera ab eo, quomodo manet in eo caritas dei. quanto
magis qui viderit fratrem suum errantem, et mortalibus oppres
sum criminibus, et non ministraverit ei verbum doctrine, ille
qui doctus est, homicida et sine caritate est. Timeatis
o, doctores, et rectores, quibus iniungit dns predicationis
officia, ut pplo suo verbum dominicum ministretis. Quot
enim vel vro exemplo vel vri negligentia pctis moriuntur,
tot de manu vra requiret dns. Quanto enim estis altiores
gradu, tanto maioribus cruciabimini cruciatibus. Non estis
dni, sed pastores. Unus dns est et unus pastor principalis
qui cognoscit oves suas, cum exquiret eas de manibus vris.
Heu quot hodie in ecclia non pastores sed mercenarii
ad quos nihil ptinet de ovibus Jesu xpi, quin ymo
ut et vera dicam, et ipsi met sunt lupi rapaces, qui
et oves rapiunt et dispergunt. Certe nil peius nil abho-

mirabilius, quam cum ille qui custodire debet dissipat. heu
quid hodie in aliquibus ecclesie pastoribus non sed destructo
ribus, quorum non est pars minor factum est substantias et labores
hominum tamquam infernus insaturabiliter deglutiunt, et non
solum eos a peccatis non emundant, sed et ipsimet, uel sui
negligentia, uel suis pessimis ministris, uel suis nephandis
operibus eos contrahunt ad illicita. Ita quidem dicam. hos
tales si impunes deus relinquerent, deus amplius non esset.
Et ideo ut sepe dictum est, filii carissimi dum uiuitis, ser
uite domino in timore, et exultate ei cum tremore. Appre
hendite disciplinam eius ne quando percatis de uia iusta.
Gustate filii mei carissimi, iterum dico gustate et uide
te quoniam suauis est dominus. Diuites egnerunt et esurierunt
et dormientes hic in diuitiis et uoluptatibus suis nihil
inuenerunt in manibus suis. Inquirentes uero dominum non defi
cient omni bono. Iunior fui et senui, et numquam uidi ius
tum in fine derelictum, nec semen eius egens pane.

Imitatores paupertatis estote ut sequamini
uestigia eius qui cum in forma esset dei portans
omnia uerbo uite, in cuius domo sunt diuitie et
gloria, semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens
et pauper et inops natus est. pauper et plus quam inops fuit
quousque uixit. pauperrimus mortuus est et sepultus.
Unde uulpes inquit idem foueas habent, et uolucres
celi nidos. filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.
Apostolus etiam iubet non portare sacculum neque
peram. et iuuenem consuluit uendere que habebat

et pauperibus erogare. Si xpm deum creditis eum non
falli posse credetis. ipm sequamini. Impossibile est divitiis af-
flui et xpm sequi. Natura denegat ut contraria misceantur.
Non possumus deo servire et mamone. Aut ego fallor.
aut ipi in fine decipientur. qui mihi non credunt cum divitiis
transierint in egestatem. Dives hic epulabatur quotidie
indutus purpura et bisso. sed mortuus. quod moysi noluit
credere in tormentis positus sensit. Nemo militans
deo implicat se negotiis secularibus. Non salvabitur rex
per multam virtutem suam. nec dives divitiis suis. Est enim
equus divitiarum fluus ad salutem. Nonne divitiis coniun-
cta est superbia, et ubi superbia est ubi peius? Nonne
omnia oriuntur mala ex superbia, tamquam ex una radice:
Cum enim dives factus est homo, et cum multiplicata fuerit gloria domus
eius, non ne superbit, et cum superbierit non polluuntur vie eius
in omni tempore, et tunc sedens in insidiis cum divitibus in occulto
cogitat ut interficiat innocentem. oculi eius in pauperem
respiciunt et insidiatur in occulto ut rapiat eum tamquam leo
in cubili suo, dicens in corde suo oblitus est deus, avertit fa-
ciem suam usque in finem. Est enim dominus aliquando dormiens quasi
crapulatus a vino. Cum vero plus moratur deus patientia
ad inferendum iudicia plus inebriatur ira. Et ideo plus
centuplo timendum est cum longanimiter tollerantur
mala quam cum festinanter punit. permittit enim deus aliquo
tempore cum cruciari et pati bonos ab iniquis et superbis
ut supra dorsum bonorum fabricent peccatores, et prolongent
iniquitatem sibi. et ideo quamvis obliviscatur deus aliquantulum

pauperē / tñ nō ī fine obliuiscit̄ misereri. Sed qm̄ pupillo
ipe adiutor ē cui derelictꝰ ē pauper ⁊ superbis resistet
deus / dans humilibꝫ grām. Conterit brachiū peccatoris
⁊ maligni exaudiens desideriū pauperis / iudicansq; pu
pillo ⁊ humili / ut nō apponat ultra superbus magnifi
care se homo super terrā.

Q dapp predillectissimi filij mei / si pauperes estis hu
milienū sub potenti manu / ut non amittatis
(quod absit) que facitis. Nihil paupertas deo
gratiosa est sine humilitate. Maluit deus de btā maria
incarnari propter hūilitatē q̄ pp aliā quācūq; virtutē.
Sicut ei ex sola superbie radice oīa oriūt̄ mala / sic ex
sola radice hūilitatis generantur bona. Discite a salua
tore quia mitis ⁊ hūilis corde est. hūiliauit ei semetipm
pro nobis factus obediens usq; ad mortē crucis. propter
qd̄ dico uobis / ⁊ si hūiles esse uultis / estote etiā obedientes
omni hūane creature pp deū. Considerate filij carissimi
quo censeamū uocabulo monachus. i. unus. Non de
cet monachū uelle hr̄e ⁊ nolle / nisi ī nō peccādo. Sit
ei nobis uelle ⁊ nolle hoc unū oībus bonis ī rebꝫ licitis
obedire. Nec multa sūt uobis precepta / ut faciatis.
Non ē obediēs / sꝫ negligens qui scdm̄ expectat mādatū.
Ad unius dicitur iussionis uocē petrū ⁊ Andreā relictis
rethibus / ⁊ oībꝫ que hēbant / dn̄i sequi uestigia. hoc sēp
uera optat obediā / nūq̄ sue obtemperare uoluntati / sed
reuerenter aliene. Istud nempe ī ultiā cena exēplū xp̄s
reliquit / cū suorꝫ abluēs pedes discipulorꝫ petro dixit.

q̄ mſi obediens ſieret non ſuet patꝛē meū. ſdarthō dilec-
tiſſim filij ſimꝰ nobiſ unū eſt nomen monaci / ita ſit
dnū nelle z dnū nolle. Bonū eſt ēim z ſanctū ſpiritū
frēs in dnō.

Nec ſit in nobiſ maior aut minoꝛ / ſed qui paſſoꝛ
eſt ſint miſtratoꝛ: ne videlicet regū gentiū iſtaꝛ
qui maioꝛ eſt ī nobiſ dicat̄ ceteriſ fꝛibuſ ut ab eiſ
gaudeat ſuꝑnaꝝ laudibuſ attolli. Sed ad exēplū regiſ
reſti ēpi maioꝛ humilitate effectuꝛ quaſi minoꝛ quibuſ
regendiſ pꝛeeſt. Sit ei uester maioꝛ per humilitatem
ſonuſ minoꝛi ſibene agit / Sed ſi deliquit ſit exceptuſ
contra uitiū ꝑꝛ zelum uiſtae. Nullū ſit unq̄ ſimultaſe
fedus. Sic diligatur homo ut eius uitiū odiatuꝛ. Mag-
nū dilectionis ſignū eſt hoc hoiem ī quibuſq̄ minimis re-
ꝑhendē. Sepe multi nana nocet humilitaſ. Non uera
humilitaſ eſt uitia tacendo ꝑmittere. Clama ne ceſſes /
ỹſaias ī quit quaſi tuba exalta uocē tuā / annūtia ꝑplo
meo ſceleꝛa eoꝝ. Vtinā contra uitia oīs creatuꝛa cla
maꝛet. quia ſi ꝑtoꝛ deū nō timet / ſi hoieſ ueneꝛet. ſ.
quod aplꝰ nos docet dicens. ſmſmiū z nolite pecꝛare /
ſol nō occidat ſup iracundiā uꝛam. Iuſtus eſt dns z
iuſtitiā dilexit / equitatē uidit uultuſ eius. Si iuſtus
z nos iuſti eſſeꝛe. Negligentia ē uana paſtoꝛis humilitaſ
effici ut lupi ī agnoſ audeꝛe ꝑuā. Non reſpiciatis in
diuitū potentiaſ. Non ei eſt perſonaꝝ acceptio ap̄ deū
dignꝰ quod iuſti eſt opeꝛaꝛe. Vult uera iuſtitia dare
unicuiq̄ qđ ſuū eſt. Obedire oꝛ deo / z nō hoibꝫ. None

si veritatem tacetis metu potentum iudicatis apud vosmetipos
cum facti estis iudices cogitationum vrarum. et non plus vra ha
bundat iustitia quam scribarum et phariseorum. Non plus divi
tem honoretis quam pauperem nisi melior sit. quin ymo
ut verius dicam multo plus pauperem honoretis. Relucet
enim in paupere ymago iesu xpi, In divite autem mondi. Omnes
nos ex una carnis radice sumus geniti, omnes invicem
sumus membra in uno corpore cuius caput est iesus xpus.
Quid ergo plus honoris meruit dives et potens quam pauper?
forte quia dives est et potens. Sed si hoc quare divitias
in seculo detestamur. quare mondi gloriam contenendam predi
camus. Si divitem honoras divitiis plus paupere deo pre
ponis mondum. et si plus deo aliquid in mondo diligis,
non dignus es deo. Reddite queso que sunt dei deo. et que
sunt mondi mondo. Bonitas ubique honoretur. mali
tia omnimode deturpetur.

Sed quoniam mihi nunc de his qui in caducis suis divitiis
gloriantur, quique quadam fetide carnis post modicum
in cinerem reversure nobilitate, potentia et dignitate
vana, et leni siquidem aurium quorundam stultorum hominum
in sufflatione extolluntur, et alios contenendo deprimunt.
At se ob hoc credunt illam attingere gloriam, quam solis humilibus
et mondi contemptoribus pius dominus preparavit. Sermo est
quid de eis ut convenit diseram. Veh. veh. vobis qui
ad celorum regna divitiarum itinere festinatis. quoniam facilius
est transire camelum per foramen acus, quam divitem intrare
in regnum celorum. Non mea sunt hec verba, sed xpi. Si hec

reuocabilis est sententia, xpus omnino non deus est. Celum inquit
et terra transibunt, uerba autem mea non transibunt.
Vlulate uos o miseri uento instabilis fortune nobiles
et potentes, qui alios confunditis, et tamquam ignobiles con
culcatis. quia huius mundi vanitatibus honorumque et
dignitatum falsarum fumus obcecati cum ueste uite breuis
sime tela a morte uelut a texente forte hac nocte
succidetur in inferno, fine interminabili pre aliis cruciabi
mini, continue moriendo uiuentes in laboribus hominum
in mundo non estis, uno non cum hominibus labores non fertis,
sed et laborantes uiuere non fertis, sed et laborantes uiuere
non permittitis. Idcircho non cum hominibus, sed cum diabolis flagel
labimini. Quanto enim in mundo maior fuit gloria, et leticia
tanto maior in inferno preparatur pena. Sed quid dicam.
Duodecim fatemur xpm apostolos elegisse, quorum omnium solus
Barthus carnis origine fuit nobilis. et Mathus diuitiis,
antequam apostolatum reciperet, insistebat. Ceteri uero erant
pauperrimi piscatores. Cur hec retuli audiatis. Si
xpus uerax est, et si omnia que ex eius ore audiui, men
datia non sunt, huiusmodi hominum vix vnus aptus regno
dei reperietur de mille. Qui uero eorum mihi non
credunt, post modicum tempus in tormentis positi sentient.
Sed forte quis ueritatis lumine cecus iam mirabitur. Ad
quem ego, si ex hoc me interrogaret responderem. Nonne
dinco credimus hominem damnari peccato mortali. Sed si hoc
inquiet est ergo saluabitur centum milibus. Sed quid diues
et mortalis aura pastus aliud est quam quoddam peccatorum

omnes uas putridum. Ubi superbia. Ubi luxuria. Ubi auari
tia. Nonne in diuitibus nobilibus et potentibus. Nonne la
trones sunt qui et pauperum mercedem uiolenter deprendantur
et eos deprimunt atque necant. Quid ex ubertate domus dni
faciunt quam ut pauperibus necessaria cum donarent receperunt.
Certe superfluitate uestimentorum superfluitati nimie addunt.
De pauperibus frigore et morientibus nuditate non curantes.
palatia et magna erigunt edificia ut humanis oculis
contemplentur et pauperes in plateis moriuntur incommodis.
Conuiuia frequenter aliis preparant diuitibus ut ferculis
delicatissimis suam uentris repleant ingluuiem, quibus
pauperes fame pereunt. Quid aliud est eorum uita
quam peccata. Si uenter repletus est tanta ciborum est copia.
Nonne ad fores eius est lu adest luxuria. Quid ergo a
plius loquar cum omnis mortalium lingua deficeret, ut
que peccatorum faciunt intimaret, nec deum nisi sommando
cognoscunt, nec se ut puto morituros arbitrantur.
Non enim facile in peccata labitur, qui se moriturum cogi
tat, et deum sibi fore iudicem non ignorat. Vere nimis
est imbecillis et miser, cui horum est memoria, si cuncta
diabolica temptamenta non facile uilipendat. Id circho
vere dicam, si deum suum iudicem agnoscerent et se mori
crederent non peccarent, saltim tam secure. Cur hii
miserimi ad ecclesias properant, ut diuinis intersint
misteriis, an ut mulierum contemplentur uultus. Hec
sua est dei meditatio hec predicatio et dei cognitio.
Sic diuinam percunctantur legem, ut pecunias terram.

non bene

mareq; peragrantes, crebris vigiliis et meditationibus
sibi et filiis congregent. Certatim vestimenta in societate
mira artificii varietate frequenter mutent, quin lu-
dos, astiludia, choreas, procationes, ebrietates, magna
convivia, delicata fercula, suis alternatim exhibeant
sodalibus. Mulierem ad suam voluptatem explendam suffi-
cienter habeant. Sed veh miseri quid facitis, ne agnos-
citis: corpus ante tempus destruitis, et animam interfi-
citis, unde infirmitates et mors tam tempestiva, nisi ex
nimia ciborum copia, et frequenti mulierum usu, deum
deludere creditis. Certe deluditis vosmet ipsos. pro cor-
pore obliviscimini animam, et ecce corpus sil' cum anima destruitis
ante tempus. Et ideo gaudete, iocundamini, et letamini
in hoc tam brevissimo temporis spatio, quem habetis,
ut post mortem cum diabolis sine fine temporis lugeatis.
Quid facitis ne differatis, frequentissime vestimenta
permutetis, ne forte vestra dispereat nobilitas, nec
sit qui vos excedat, ut in inferno verecundiam recipiatis
et confusionem. Ubi convivia. Ubi delicata fercula. Ubi
vina pretiosa melle mixta et aromatibus. properate
epulemini. Non enim post mortem amplius facietis, sed
cum divite qui quotidie epulabatur splendide, in tormentis
gehennalibus guttam aque nimium peroptabitis, nec habere
poteritis. Agite solatia. Vestras in luxuriis exple-
te voluptates. Seminate in corruptione, et de corrup-
tione colligatis divinam sententiam, quam iustus ille dabit
Iudex in magno iudicii die dicens. Ite maledicti in

igne, qui paratus est diabolo, et angelis eius. Heu
cor lapideum, si cum talem tibi cogitas ob huius mondi
parua solatia inimere sinam non formidas. Si illum
expectas diem tam terribilem et crudelem, in quo non
solum de luxuriis, uestibus, et ebrietatibus, comessa
tionibus, et de toto tempore amisso quo uixisti, sed
etiam de qualibet te oportebit cogitatione uana
domino reddere rationem. Cur non emendaris. cur moraris.
de die in diem miser conuerti ad dominum. Cur iam
te malorum non penitet. Ecce mors properat ut
te conterat die noctuque currens. Ecce diabolus
iam se preparat ut te recipiat. Ecce diuitie
tue tibi deficient. Ecce corpus uermes, quod tanta
enutris dilligentia, expectant ut illud rodant quo
usque iterum coniunctum anime cum illa pariter penas habeat
infinitas. quid errando per huius seculi in uia in uanitatibus
petis. Solatia diuitias, et gloria, et cetera tibi placita,
non inueniens hic, quia hic non sunt. Sed si uera queris gau
dia ad illam celestem gloriam propera ad quam factus es. Ibi
certe illa sunt uera gaudia, que nec oculus uidit, nec
auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Dimittite quaeso
caduca et momentanea ut hec ualeas eterna, et perpetua.
Sed quid de his, qui nec dei timore, nec amore, nec
mortis, et tormentorum subsequentium terrore a peccatis
cessant, sed condolent ut si optant praua agere non
possunt, dicam Veh Veh miseri qui hic ridetis, quia
plangetis. Veh qui ista optatis gaudia temporalia, quia

Vobis uenitis si

vobis invitis substinebitis tormenta infernalia. Ecce modi
cum vobis restat temporis. Implete mensuras malitiarum
vestrarum ut veniat super vos omnis divina indignatio.
Fruamini hoc parvo tempore in iocis, ebrietatibus, prelijs
et contentionibus, correis, et procacionibus, nec vacuum pre
terire tempus dimittatis, quid moramini dum vivitis. Con
gregate vestris filijs honores, divitias, et potentias. Dramam
augete nobilitatem et famam. ut et vestri possint filij que
fecistis explere. quatenus cum illis pariter in inferno am
pliora patiamini cruciamenta. Sed forte quis dicet benig
nus et misericors est dominus qui omnem peccatorem ad se re
deuntem recipit et indulget. verum quidem hoc esse
confiteor. Benignior est enim dominus quam creditur et cuicumque
parcit ad se ut condecet redeunti. Nonne benignissi
mus est dominus qui tantas tolleratur iniurias a peccatoribus
dans eis temporis spatium ut emendentur. Sed hoc noveris.
quia sicut benignus est in tollerando ita iustus in puniendo.
Sed forte quis iterum dicet quod vir qui toto tempore quo
vixit malefecit in mortis articulo accepta penitentia a deo ve
niam obtinebit. heu quam vana suspicatio et falsa meditatio.
vix de centum millibus hominum quorum vita mala semper
fuit mereatur a deo habere indulgentiam. unus vir totus
in peccatis genitus et enutritus. qui nec deum vidit, nec
agnovit, nec de eo audire voluit, nec se peccasse cognoscit,
nec quid penitentia sit, nisi forte dormiendo novit, totus adhuc
secularibus innodatus negotijs, quem angustia premit
filiorum quos deserit, quem infirmitas conterit, quem dolor

diuitiarum et temporalium bonorum concutit, cum eis non posse frui amplius se cernit. Quam acceptam deo accipit penitentiam, quam non acciperet si adhuc se posse sanari crederet. Certe uere concludam, qui dum sanus est et iuuenis deum offendere non formidat, in morte non merebitur diuinam obtinere indulgentiam.

Que dilectissimi filii est penitentia, quam solum quis accipit quia se uiuere amplius non posse cernit, qui si ex infirmitate conualesceret peior quam prius fieret. Scio non modicos peccatorum acceptam in mortis articulo penitentiam conualuisse corpore et peiorasse uita: hoc teneo, hoc uerum puto, hoc multiplici experientia didici. quod ei non bonus est finis cui malo semper fuit uita. qui peccare non timuit, sed uanitatibus semper uixit. Pretiosa inquit propheta in conspectu domini mors sanctorum eius. et ex mors est peccatorum pessima. Et ideo filii predilectissimi accingimini potentia, et estote filii potentes, et nolite horum miserorum diuitum et potentum, quorum iam tantam suam ostendimus imbecillitatem et miseriam esse, quantam non diceret lingua carnis temere formidari potentiam in operando iusticiam. Qui enim propter iusticiam persequutionem patitur, beatus est, et bene sibi erit. et si moritur beatior. pretiosa nempe est in conspectu domini mors sanctorum eius. Si cupis uitam tenere in xpo, noli mortem timere pro xpo. Non enim potes illa substinere pro xpo que sunt condigna ad futuram gloriam, que reuellabitur cum apparuerit gloria nostra, que sursum est, et non que super terram. Non speret mercedem qui non laborat. Non sufficit solum xpiani nomen. xpianus es. Imitare xpm. frustra xpiani habet ille nomen qui diabolum sequitur. quin immo xpianus omnino

non est / sed antixps est. Juxta illud beati euangeliste Johannis.
Audistis quia antixpus uenit. nunc autem antixpi multi facti
sunt. Vis ergo regnare cum xpo / patiar cum xpo. Si xpm
dnm et regem cui est nomen sup omne nomen oportuit
pati / ut ita intraret in gliam suam. quam fiduciam habemus
nos intrandi sine labore. O quam stulti sumus / et tardi corde
ad credendum. Volumus hic gaudere cum seculo / et postea reg
nare cum xpo. dns nudus ingreditur / seruus superfluitate
onustus uestium auri et gemmarum intrabit. Ille ieiunijs. Iste
crapula et luxuria. Ille in cruce pro ipo moriens. Iste in
lecto delicate moriens. Quod dns non facit / seruus faciet.
Promittit dns zebedei filijs regnum suum / si calicem quem bibi
turus erat pnt bibere. Sic fatui filij hominum non recta
iudicantes. neque quod uerum est cognoscentes. dicentes malum
bonum. et bonum malum. Reuertimini ad cor. et uenientes au
dite me / et narrabo uobis / que audiui / et cognoui / et patres
nri narrauerunt mihi / nec occultentur a filijs hominum.
Adherere deo bonum est / et sicut ille ambulare. Sicut xpus
pro nobis aiam suam posuit / sic et nos si opus est pro
ueritate / que ipe deus est / debemus aias ponere. Qui a
mat aiam suam in hoc mundo pdet eam. xps p nobis pas
sus est nobis relinquens exemplum / qui pro xpo mori se no
inuenit paratum. Qui xpo ministrat ipm sequatur. Dicas ho
qui solum noie / et uerbis xpianus es. Fidem xpi habes / et
predicas. bonum est. Sed ubi opera. fides sine operibus mor
tua est. Certe dicam. Qui xpm tantum ore / et non opere
laudas / ipm negas. quia si que dicit crederes / saltim eum

timeres et a peccatis verecundareris, et si credis et mala facis,
centuplo puniendus es. Nonne peccatum quod fit ex certa mali
tia infinito peius est peccato, quod fit ex ignorantia. Pecca
uit angelus. peccauit homo. Alter veniam potuit inuenire.
alter non. Qua de re, ille ex propria malitia. homo ex
suggestione diabolica. Cur deus patitur me temptari?
Non peccarem si fraus non foret diabolica. Ad quod ego.
Quod miser merereris premium, si nullum haberes pluz.
Non terrestris miles, ad omne se exponit periculum ut
suo regi placeat: nec certe tibi illa potest esse excusatio,
si te peccare diabolica dices suggestione sunt et ille
quia illa tibi non est occasio quam illi, unum solum habuerat
preceptum, ut de ligno non comederet. Nundum quid dia
bolica foret suggestio nouerat. nec quantum peccatum
deo displiceat scierat. Et tu ut dicis nosti, et bene
credis, et tot milia facis peccatorum. Et quidem concludam.
Qui tales sunt xpiani dilligunt eum in ore suo et lingua
sua mentiuntur eum. Cor autem eorum non est rectum cum
eo, nec fidem habent in testo eius. Si quis dilligit xpm
Si quis verus est xpianus et spaliter sacerdos et
monachus in quo tanquam in speculo relucet perfectio,
non solum renuntiet omnibus que possidet, sed etiam abneget
semet ipsum, ita ut totus sit mortuus mondo. quia
nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit
ipsum solum manet. Qui mundi uiuet negotiis
mortuus est deo. Oz namque hominem qui capere uult per
fectionem et tenere ita mortuum esse mondo ut tamquam mortuus,

nihil de rebus secularibus sentiat. Ita ut cum apostolo dicat.
Nostra conuersatio in celis est. Et iterum uiuo ego iam
non ego. Viuit autem in me xpus. Idcircho qui uere iustus est
vitam hanc que mors est non metuat amittere, ut vitam que
xpus est ualeat inuenire. Eos qui occidunt corpus non timeat
quia animam non possunt occidere. Hic tribulationes que cito labuntur
substineat ut gaudia que sine fine manent habeat. Hec sola
via est qua itur ad celi patriam. Certe si alio posset iri tra
mite in toto deus mendax fieret. Non enim quod dico uobis uerba
accepi ab homine, neque per hominem didici, sed per euangelium xpi.
Itaque omnino oportet nos per multas tribulationes acquirere regnum dei.
Errauit in uia qui per delitias et per diuitias festinat ire.
Signum manifeste dampnationis est in hoc mondo sua beneplacita
assequi et a mondo diligi. Quos deus diligit hos sepe
corrigit et castigat. Si in mondo gloriari oportet libenter
gloriemini in tribulationibus et aduersitatibus nostris. Promisit
enim xpus hec suis discipulis quos dilexit usque in finem
in signum precipue dilectionis, cum in ultima cena dixit. Amen
dico uobis, quia plorabitis et flebitis uos, mondus autem
gaudebit. Gaudete filii mei predilectissimi, cum odit uos mon
dus, desiderate sufferre contumelias et obprobria ab hominibus,
quia beati eritis cum maledixerint uobis homines, et persequuti
uos fuerint, et dixerint omne malum aduersus uos
mentientes propter filium hominis. Gaudete tunc et exultate quoniam mer
ces uestra copiosa est in celis. Vtinam in uos insurgat totus
iste mondus. Si uos odit mondus, scitote quod de mondo non
estis, quoniam si de mondo essetis, mondus quod suum esset diligeret.

Omne gaudium vestrum existimate cum multa habetis in seculo
opprobria et adversitates scientes quod fortitudo et
patientia ex ipsis oriuntur. Patientia autem opus perfectum habet.
Probantur autem virtutes in homine per patientiam, tamquam aurum
per ignem. Qui ceteras habet virtutes sine patientia, aurum
in vasis fictilibus portat. In sola dicebat salvator
patientia vestra possidebitis animam. Fortitudo connexa est patientie.
Vir patiens fortis est animo. Qui patiens, et fortis est, se
cure bona presentis vite sperare potest. Servate patientiam
in mente, eamque cum tempus est exercete in operatione.
Est enim patientia velum quod in huius mundi procellis,
nostra navis quocumque flante vento secure navigat
nullum timens periculum. Nulli vestrum ad vindictam
vel odium proximi contumeliosa verba commoveant. etc.

Estote misericordes, sicut et pater vester mise
ricors est, qui pluit super iustos et iniustos,
et solem suum oriri facit super bonos, et malos. Iudicium
sine misericordia illi qui non facit misericordiam. Mise
ricordia superexaltat iudicium. Si non remiseritis de
corde vestro illis qui offendunt vos, nec pater vester
remittet vobis. Frustra petit misericordiam, qui aliis de
negat misericordiam. Substinetis inquit Apostolus, si quis vos
in servitutem redigit, si quis in faciem vos cedit, hic
vestra stabilitur virtus. Hic tota merces et premium, ut
amicos diligamus in deum, et inimicum propter deum. Servus
ille nequam accepta misericordia, conservo suo denegavit misericordiam.

et ideo meruit hec sententia iustitie. Iustitia sine misericordia cru-
delitas est. Et ideo iustitie misericordia custenda est, propter peccatum
poterat nos damnare deus iustitia, quos saluauit
misericordia. Quapropter qui misericordia indiget xpianus non est.
Impossibile est fere est hominem misericordem et pium iram
non placare diuinam. Beati misericordes, quoniam ipsi
misericordiam consequentur. Sacerdos et monachus precipue
sine misericordia, nauis in medio pelagi undique perforata.
Vana religio est, que caret misericordia. Parum prodest esse
differens uestimentis a secularibus, et concors uita.
Non uestimentis, et ordine solum est quis sacerdos et
monachus, sed uita. Heu quid dicam. Sepe ex magna
habundantia tristitie homo multa loquitur. Ecce
mondus undique feruet in monacis et sacerdotibus,
et tamen ita sunt perrarissimi sacerdotes et monaci
quod vix de centum unus reperiatur. Nulla certe in
mondo tam crudelis bestia est quam sacerdos malus uel
monachus. Nam corrigi non patitur, nec veri-
tatem unquam audire potest. Et ut breuiter dicam omnes
preheminet malitia. Sunt hii tales sacerdotes et
monachi solum habitu et nomine, quorum vana est reli-
gio. Religio munda et immaculata apud deum et patrem
hec est. Visitare pupillos et viduas in tribula-
tione eorum, et immaculatum se custodire ab hoc seculo.
Heu quantum in quibusdam spiritualibus habitu et nomine
creuit cupiditas, ymo ut verius dicam causa huiusmodi
causa spiritualitatis est auaritia. Qui certe sunt lupi

rapaces in vestimentis ovium. Ubi sacerdos et monachus
cupidus sine mira ab eodem plus quam a serpente fuge. Sunt
etiam non nulli qui totum suum fructum extimant ecclesias et
monasteria miro modo et opere ex pauperum mercede
edificare. In quibus tanta viget cupiditas ut terram et
omnia ibi deficere putent. Ibi cor ibi mens. Ibi semper sua
est cogitatio ut aliena possint exspoliare marsupia.
Hos tales salvator increpans. Vehi vobis inquit qui
edificatis monumenta prophetarum. Ecce qui monasteria edifi
cant, ecclesias miro artificio aptant, bonum videntur
opus facere, sed si quidem miram pauperibus faciunt bonum
est. Vis ut opus tuum deo placeat, fac ut de hoc
pauperes gaudeant. Quod templum est deo carius
quam homo. Templum dei estis vos inquit apostolus cum pau
peri manum tribuis, cum viro in necessitatibus subvenis.
cum errantem ad vitam rectam deducis. O quam admirabile
et deo gratum templum edificasti. Frange esurienti panem
tuum. egenos vagosque induc in domum tuam. cum videris
nudum operi eum. et carnem tuam ne despexeris. Nemo se
excusans dicat. Non habeo quid fratri pauperi tribuam
Si vestimentum, vel aliquid ultra extremam possides
necessitatem et pauperi indigenti non subvenis, fur
es et latro. Sumus dilectissimi filii in rebus temporalibus
solum dispensatores et non possessores. Si quid super
fluum quo alter frater egeat possidemus, furamur,
imo peius furatur aliquis ex inopia et necessitate.
Iste tantum ultra necessitatem retinet quo centum viveret,

qui fame pereunt. Ille vni furtum facit, iste tot, quot
non condonat necessitatem. Dices forte miser meum est. nam
mei hoc dimiserunt mihi parentes. Quo tibi potuerunt
dimittere quod suum non erat. Ast si suum erat inquies: vnde
habuerunt. Quis sibi dedit. Quid in mundum venientes ap
portauerunt. Quid recedentes ferent. Certe que pauperum
possidemus in die iudicij coram oculis diuine iustitie vin
dictam exclamabunt. Qui aures audiendi habet audiat. Qui
mihi non vult credere. Heu quam graviter sentiet cum diuitie
sue transierunt in egestatem. Lex naturalis hoc precepit
ut quod ab alijs desideramus, alijs faciamus. Quid aliud
vetus lex predicat. At euangelium percunctare vndique quid
aliud insinuat. Verum coram deo iudice erunt testimonia.
Quid ergo dicam hijs qui solum congregant lapides, et
muros erigunt in altitudinem, quorum est cor, et cogitatio,
ut humanis oculis appareat opus, laudetur edifitium,
et totam hic suam arbitrantur iustitiam. Sunt etiam aliqui
qui de rapinis, et pauperum sudore oblationes et victimas deo
offerunt. Tales oblationes ante diuinam clementiam non
parum fun sunt abhominabiles. Quis tam insipiens est
ut non intelligat quod talia edifitia non cedunt ad dei gloriam,
sed ad mundi pompam. Sed si quis diceret, quid dicis, Non
bonum est edificare monasteria ut inde honoretur deus.
Ad quod ego. Bonum est dummodo pauperes violentiam non sint
passi, nec interpellent deum contra eos. Quo possum
edificare domum deo placitam vel sanctis eius ex illis pecu
nijs de quibus pauperes plorant. Qualis iustitia potest esse

munerare mortuos / et spoliare viventes / et de indigentia
pauperum offerre deo. Certe si hec deo placeret iustitia / foret
for sotius violentie. Et si hanc vellet oblationem conscius fieret
in peccato. Ast si deo displicet potest placere sanctis.

Qua de re filii mei dilectissimi deponentes omnem malitiam
et omnem dolum / et simulationes et invidias / et omnes de-
tractiones sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo
lac concupiscite / ut in eo crescatis in salutem. Si tamen gus-
tatis / dulcis est dominus. Vere si non eritis sicut parvuli non
intrabitis in regnum celorum. Parvulus videns pulchram
mulierem non delectabitur. pretiosam vestem intuens non
desiderat. In iracundia non perseverat. Iesus non recordatur.
nec odit. Patrem sequitur. matrem non deserit. Et ideo nil
nullus se regnum celorum cogitet attingere nisi hanc parvuli
innocentiam / et simplicitatem imitari studeat. Idest castitatem
habere. mundum spernere. fratrem diligere. patientiam servare.
patrem xpm sequi. et in gremio matris ecclesie semper incumbere.
Exuite vos dilectissimi veterem hominem / et induite vos
armaturam dei / ut possitis stare adversus prelia diaboli.
Diabolus nihil in mundo possidet. Expoliati ergo mundanis
rebus momentaneis et cito velut umbra labentibus cum
mundo pugnetis. Qui oneratus vestibus cum nudo luctatur
citius ad terram deicitur / quia unde teneatur habet.
Vis firmiter cum diabolo dimicari / vestimenta phroice
prhoice / nec ne succumbas. Terrena omnia sunt quedam
indumenta. Qui plus possidet citius vincetur. Arma
vestra pugnatura sint. castitas. patientia. humilitas. et caritas.

Hec sunt arma aduersus uersutias diaboli, quibus si
muniti fueritis, accingetis fortitudine lumbos vros, et
roborabitis brachium uestrum. Fortitudo et decor indumentum
vrm erit, et cum eritis in prelio ridebitis. non timebitis
a frigoribus niuis, et vere fundata erit domus uestra
supra firmam petram que est xpus. Ensis diaboli
luxuria. heu quot illa interficit rumphea. Non
est aliud pctm quo tociens diabolus victor existat.
Fugite luxuriam. Nam sicut virginitas hoiem equat
angelis imo plus eum facit angelis, ita luxuria hoiem
bestificat, et ut ita dicam, multo peius bestia. De
nullo alio legitur pcto deum dixisse se penitere fe
cisse hoiem. hec huiusmodi facit opera. Corpus debi
litat. et quasi semp cum morte destruit. famam denigrat.
marsipia euacuat. furta instruit. hoicidia causat.
memoriam hebetat. cor aufert. oculos vtriusque hominis
cecat. et preceteris iram dei prouocat. Ex radice gule
oritur. pro nullo alio reatu tam manifestam iustitiam
exercuit deus sine mora quantum pro isto. pp hoc namque
legitur peccatum deum mundo induxisse diluuium. Sodomam
et gomorram combussisse, et multos alios hoies interemisse.
hoc recte diaboli, si quis hoc capitur non cito soluitur.
In isto tam grauem prelio nemo pot vincere nisi fu
giat. Nemo pot firmiter pdurare, nisi carnem
domet. Qui vino vtitur ignem portat in gremio. no.
Nolite inquit apls inebriari vino in quo est luxuria.
hoc prelium non substinetur nisi in abstinentia et

ieiunio. vinum nocet. sed multus centuplo mulierum. Mulier
diaboli sagitta est, qua in luxuriam homo cito trahitur. Nullus
in hoc confidat iuvenis. Si sanctus ei es, nec tu securus es.
Mulier viri pretiosam animam capit. Numquid abscondere
pot homo ignem in sinu suo, ut destimenta illius non ardeant.
aut ambulare sup prunas, ut non comburentur plante eius.
Homo et mulier, ignis et palea. diabolus numquam insufflare
cessat ut accendatur. huius prelij numquam fiet victor nisi fu-
giens. Numquam a viro cum muliere sint longa colloquia.
Sola insimul loqui faciat necessitas. Vir mulieris cuncta
spernat munuscula. et blanda verba, si non vult luxurie
capi laqueis. Tanta sit inter virum et mulierem raritas.
ut alter alterius nomen nesciat. plurimi sanctissimi iam
ceciderunt hoc vitio, pp suam securitatem. Timeatis filij si in
alijs peccatis timendum est, in isto multo plus. Sed vere
dicam, hodie sub spiritualitatis nomine, novum fit fornicationum
genus a pluribus. Heu quid proferam. hodie non verecundantur
homines, quinimo gloriantur cum malefecerint. Aliqua in
mulieribus viget verecundia, quamquam parva. Sed in hominibus
ita hec creuit malitia, ut ille putetur insipiens, qui
huius doctus non est. Quid plura. hec sua est festivitas.
hec omnis predicatio. hoc frequentant ecclesias, ut mulieres
videant, et earum utentur colloquijs, quatenus inde luxurie
amplius sibi crescat appetitus. Ez quid vir miser gloriaris
in malitia ista. forte quia potens in iniquitate. Centuplo
peccas, quo mulier. Mulier mollis. et tu fortis te extimas.
illa domo sedet. et tu vagando mille modis eam illaqueas. et

aliqn̄ eam cogis ut ui fatiat. hec cum facis, quia deus tacet.
tu cogitas q̄ sit similis tibi. Sed ueniet tp̄us, quo arguet
te, et statuet illa contra faciem tuā. vn̄ filij estote prudētes
sicut serpentes. et simplices sicut columbe. et pugnate viri
liter cū antiquo serpente. Sint lumbi vr̄i p̄cincti et
lucerna i manibus vr̄is. et tunc viriliter agite. et confor
tetur cor vr̄m. qm̄ illi qui debellabant vos timebunt.
et i deo faciens virtutē. et ipē ad nihilū deducet tribul tribul
lantes uos. Predilecti mei dilligite vos inuicem. Non enim
accepi hoc ab homine, sed a saluatore. hoc inquit est p̄ceptū
meū ut dilligatis inuicem. In sola dillectione omnia virtu
tum premia consistunt. Sicut ex vna radice multi exeunt
rami, sic ex caritate omnes generantur virtutes. Si
linguis hominū inquit aplus loquerer, et angelorū. Si.
dero habuerim p̄phetiam, et nouerim misteria oīa, et oēm
sciam. et si h̄uero omnē fidem, ita ut mentes transferam.
Caritatē aūt non h̄eam. nihil sum. Qui derā caritatē
habet, benignus est et patiens. Ille deram h̄t caritatē
qui non tantū p̄ximos dilligit per affectū cognationis
et carnis, sicut ethnici et publicani faciunt, sed ita dilligit
inimicū, sicut amicū. In hoc vno pot hō cognoscere, si.
manet in caritate, si ipē diligitur qui aduersatur. Certe
hic q̄ plurimū aduertendū est. Sūt q̄ plurimi qui.
dilligunt. sed male. In tantū enim aliquē diligūt, q̄ dillec
tionem dei p̄dunt. Qui aliquid supra deū dilligūt deo
nō sūt digni. In cunctis virtutibus requiritur temp̄atia.
virtus semp̄ uult medium. Nimis dilligē malū est. Minus

dilligere malū est. Sed ut ius exigit dilligere bonū est.
Omnis dillectio que nocet vitanda est. propter nimiā dil
lectionē aliqui i luxuriā cecidērunt. aliqui i invidiā
devenerunt. Multi orōnes z dei obsequia dimiserunt. hoc
quippe ait supfluus amor ut quem dilligit semp videre
vellet. Animus z stultus amor ignorat quidē iusticiā z
veritatē. ratione caret. modum nescit. neq aliud cogitare
pot q̄ quod dilligit. Amor iste non accipit de ipossibilitate
solatium. neq ex difficultate remediū. Impossibile ē hoīez
qui talē ht amorē deo posse acceptabiles orōnes facere nec
placere. hic amor non est caritas sed stulticia. Omnes
nostros debemus dilligere frēs sicut nosmet ipos. Ita tn
q̄ vitia non dilligantur. punire malū caritas est. plus
meliorē dilligere iustum est. Sic dilligendi sūt homines
ut bonitas exaltetur. z vitiū deturpetur. Vera caritas
exigit ut deum dilligamus ex toto corde. z ex tota mēte.
z ex totis viribus nostris, z ita singulariter q̄ cum deo
nihil aliud dilligamus. z proximū nrm sicut nos. In
his duobus mandatis tota lex pendet, z prophē. Qui sine
caritate est sine deo est. quia deus est caritas. Qui i cari
tate manet in celo iam incipit habitare. In celo una est
omnium caritas btōrū. ubi caritas vera est, ibi invidia nulla
est. ibi ambitio nulla cognoscitur. nec murmuratio. nec
detractio. nec irrisio. sed est omnibus una, z eadē voluntas.
nō hoc scitote fratres quia si nō hētis caritatē pfectam, sub
diabolica potātē estis. nec ultra deus vobiscū habitat. z
qui sine deo est, in inferno est. Idcircho pdillectissimi filij

mei filij hortor vos dum tempus hetis, ne i vanu gram
dei recipiatis. Gratia dei omibus data e p morte filij eius.
Dum tempore isto breuissimo viuimus, seminemus, quia
post mom suo tempe metemus. Breues homis dies sunt.
Preciditur velut a texente vita nra. Tamq fur mors uenit.
Cum mortuus fuerit homo no sil' descendit cu eo gloria
domus eius. Diuites in bonis qmus inimis dicunt dies suos,
z i puncto ad inferna descendunt. Opera cuius lz sequunt illu.
Prarum est ut homis cuius mala semp fuit vita, bona
sit mors. Siue b malu siue bonu tempe isto fecerimus,
illud idem post fine mortis inueniemus. Non expectetis
quia tempus istud acceptabile est. Dum luce habetis, non
ambuletis i tenebris. Qui ambulat i tenebris, nescit quo
vadit. Lux nra xps est, que lucet i tenebris. z illuiat
omne hoiem venientem in hunc mondu. Ut ergo filij lucis
sitis, z tenebre vos non comphendant ad ipm accedentes
lapidem viuu ab homib; quid reprobatu, a deo aut ellectu.
z ipi tq lapides viui supedificamini, z i omibus exhibeatis
nos tq eius ministros. i multa pacientia. i tribulatoib;. in
necitatib;. i angustijs. i plagis. i carceribus. i seditoib;. i labo
ribus. i uigilijs i ieiunijs. i castitate. i scientia. i logaminitate.
i suauitate. i spu scto. i caritate non ficta. i verbo veritatis.
i virtute dei.

Non sit inter vos mendatiu. Omis vir mendax
abhominabilis est deo. Est ei deus veritas. z
veritati obstat mendatiu. Omne fugiatis uerbu
otiosum. De quolibet ei verbo otioso z vano reddemus

dno roem. Silentia dilligite. Ubi est multiloquium ibi freque
ter mendatium. Ubi mendatium ibi pctm. Sermo indicat qual
est homo. In ore sacerdotis uel monaci nullum unquam sit uer
bum, in quo non sonet xpi nomen. semp diuinam ruminet
legem. Et ei qui in lege dni meditatur die ac nocte non.
abiens in consilio impiorum neque in via pctorum stans erit tanquam
lignum plantatum secus decursus aquarum cuius folia non
decident. sed dabit fructum in tpre suo. et oia quecumque fecerit
semp prosperabuntur. Certe nihil tam nocet homi quam prua
societas. Talis namque efficitur ho, qualium societate fruitur.
Numquam cum agno lupus habitat. Vir castus certe luxuriosi
societatem aufugit. plusquam impossibile puto virum diutius in
bonis permanere operibus, qui malorum assidua conuersa
tione utitur. Cum sancto psalmista sanctus uociferat sanctus
eris. et cum viro innocente innocens eris. et cum electo electus
eris. et cum peruerso peruerteris. Sicut ei mala nocet conuer
satio, ita bona prodest. Nullus pot huic comparari.
thesaurus qui bonam inuenit societatem uitam inuenit. diui
tiis affluit. Certe vere dicam. prarum ho bonus uel malus
efficitur nisi ob societatis causam. Pueri cor, tanquam tabula in
qua nihil pictum est fore dicitur. Illud eo quod a societate
recipit, usque ad senectam retinet. sine s bonum sine malum
sit. Raro cum iuuene iuuenis habitat. nam ignis si
apponatur igni calorem no extinguit, sed enutrit.
Semper viro quem delectat sapia se maiori etate
et sapia, sotius existat. Alioquin si sibi sili potietur
assidua societate de stultitia in stultitiam dillabetur.

Ante omnia filij mei Nolite iurare omnino per celum neque per terram neque per aliud quod cumque iuramentum. Sit autem sermo vester est est non non. Cuius ore frequens sonat iuramentum in ipso homine parua est dei cognitio et dilectio. Si non est quod iuro deum esse nego. Preceptum enim dei prohibet. Non assumas nomen dei in uanum. Orationibus insiste continuis. Multum valet frequens oratio et deuota. Oratio a terra hominem sublevat. ad cellestia uehit. et facit hominem cum deo loqui. et gratias ab eodem obtinet, dummodo sit deuota et mixta lacrimis. Multum valet oratio frequens conspersa lacrimis ad promouendam diuinam clementiam ad exauditionis beneficium. Obtinuit ezechias statim gratias a domino suis lacrimis et orationibus. ut mutaret sententiam quam sibi dixerat. Liberauit dominus susannam a iudicio dire mortis propter orationes et lacrimas. Orationibus helye celum dedit pluuiam quod clausum fuerat tribus annis et sex mensibus. Si quo egetis petatis a domino orationibus et lacrimis in fide nihil dubitantes. quia qui fidem veram habet ut granum sinapis. quicquid petierit fiet statim illi. Idem dominus est diues in omnibus qui erant et nunc. Spes uestra. gaudium destrum. cogitatio uestra. et omne desiderium uestrum. sit semper deus. quoniam ex ipso et in ipso et per ipsum sunt omnia. per quem mouemur et sumus. sine quo nihil penitus sumus.

Iam filij mei non multa loquar vobiscum. Venit enim hora ad quam natus sum. hac conditione huc

veni ut exirem. Nunquam natus fuissem si mori non de
buissem. Suo proprio non pepercit deus filio. sed pro nobis
omnibus fecit eum mori in crucis stipite. per cuius mortem mors
nostra mortua est. Nemo enim nostrum sibi vivit vel moritur.
Sive enim vivimus, domino vivimus. sive morimur, domino mor
imur. Sive ergo morimur, sive vivimus. domini sumus.
In hoc enim docetur xpus dominus vivorum et mortuorum. Si enim
xpus mortuus est, certe non est servus maior domino suo.
Idcircho et nos moriemur. Si enim resurrexit. habemus
spem firmissimam quod et nos resurgemus. Et si xpus
sic resurrexit, ut amplius non moriretur. certe et
nos post resurrectionem nostram, numquam moriemur.
Sed semper cum ipso in gloria stabimus. Cum enim mortuus
fuit xpus. Vetus homo noster simul mortuus est.
ut destrueretur corpus peccati. ut fieremus unum
corpus cum illo. Idcircho si resurrexit, et nos resurge
mus cum illo. quia sumus membra eius. Si autem est
xpus, non plus morietur. et nos similiter. Quoquidem dillec
tissimi mei. si nunc morior credo quod redemptor meus
vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum.
et rursum circumdabor hac pelle mea, in ista propria
carne videbo ipsum salvatorem. quem visurus sum ego ipse
et non qui nunc loquor. quem hunc nunc cernitis morientem
et non certe alius loco mei. et isti proprii mei oculi, quibus
vos video conspecturi sunt. Unde dillectissimi filii
mei videte quomodo caute ambuletis. non quasi insipientes,
sed sapientes, ut et nolite secundum carnem ambulare. quia

si sc̄dm carnem ambulabitis, moriemini. sed spu ambulantes
facta carnis mortificatione, nunc mecum exultate, cantate
et psallite. Abicite vestimenta luctus, et tristicie. Spar-
gite cinerem de capite vro. Jubilate deo. psalmum dicite
nomini eius. date gl̄iam laudi eius. quoniam huc usque tras-
ivi per ignem et aquam. et ecce nunc inducit me in
refrigerium. Introibo in domum dni, ut reddam vota
mea de die in diem. O quantum mihi lucrum est mori,
quoniam nunc deinceps meum xps erit. Ecce terrestris do-
mus huius habitationis dissolvitur, ut alia succedat
non manu facta habitatio eterna in celis. Ecce quod mor-
tale est destimentum exuor. ut eternum induar. huc
usque peregrinatus sum. iam redeo ad patriam. Ecce
bravium capio, pro quo in agone cucurri. Ecce portum
attingo quem tanto desideravi desiderio. Ecce de tene-
bris ad lucem. de parvulis ad securitatem. de inopia ad
divitias. de prelio ad victoriam. de tristicia ad gaudium.
de servitute ad dnm. de temporale ad perpetuum. de
fetore ad odorem suavissimum vehor. hic cecus sum et
illuminor. undique vulneratus et sanor. hic semper contris-
tatus sum, et ecce iam letificor. vere hic vivens mor-
tuus sum. et iam vere vivificor.

O vita mundi, non vita sed mors. vita fallax. via
onusta tristitiis, imbecilli et umbratica. vita
privans vita cui in es. vita fragillis momentanea
et caduca. que quanto magis crescis, tanto magis decrescis.
cum plus procedis, plus ad mortem propinquas. O vita plena

laqueis. quot i mondo illaqueas hoies. quot p te ia
substinet tormeta i fernalia. Qz beatus qui tuas agnos
cit fallacias. Qz beatus qui de tuis no curat vanis
blanditijs. Qz beatissimus qui te bene priuatus est.
Melior est negotiatio eius argento, z auri purissimi
fructus eius. O mors dulcis z iocunda. non certe mors
que vitam veram largiris. que fugas febres, z vul
nera. fames extinguis z sitim. O mors iustissima
pia bonis. z malis, aspera. humilias superbum, diuitez
z potente. z exaltas humilem. per te pauperes satiantur,
cu auaru prohicis. Tu mal das supplitiu, z iustis eter
nu premiu. Veni soror mea. sponsa mea. amica mea.
dillecta mea. Indica mihi que dilligit aia mea. onde
mihi ubi pascat dns meus. Ubi cubet xps meus. nec
dimittas me amplius vagari per inuiuz icolatus
mei. Exurge glia mea. porrige mihi manu. trahe
me post te. paratu est ei cor meu, z exurga. z
post te curram i odore unguentoz tuoz, donec
introduxeris me i cellaria dni mei ut exulte z gau
deam, cu apparebo an faciem sua, z tuc cantabo z
psalmu dica dno. Ecce tu pulchra es amica mea
ia noli aplius morari. ecce oes dies mei defecerunt
z ani mei pertransierunt velut umbra. Conuertere
aliquantulu sup me. quia te inuenire exultaui, z in
te delectatus sum oibz diebz vite mee. Suscipe me.
na cu suscepisti dnm meu, me saluasti. me diuisitasti.
Iam respice me. salutu me fac. z libera me de aquis

multis. et de manu filiorum alienorum. erue de carcere
animam meam, et reduc eam per gratiam quam operata fuisti
suscipiendo dominum meum, unde exulauit per culpam quam
perpetrauit meus genitor adam. veniam per te in ortum
dilecti mei et comedam fructum pomorum suorum. Defece-
runt sicut fumus dies mei. et caro mea iam sicut fenum
arruit. Ecce iam venit tempus miserendi mei.
noli tardare, accelera ut erripias me, quia amore
langueo. Per te bona mors fructum recipimus bonorum
que facimus. cognoscimus premia que speramus. Antequam
venias deum ex parte cognoscimus. cum veneris perfecte
vidimus eum sicuti est. Nigra es, sed formosa. pulchra
es et decora. fauus distillans labia tua. Terribilis
es, et quis resistet tibi. Terribilis certe es apud reges
terre. Auffers spiritum principum. notam facis humilibus vir-
tutem tuam. Tu confringis cornua peccatorum. et exaltas cor-
nua iustorum. Illuxerunt choruscationes tue, orbi
terre, vidit et commota est terra. Aperi mihi dulcis
soror et amica mea ianuas vite, quas aperire mihi
promisisti, cum fuisti cum domino meo. ut iam sit in pace locus
meus et habitatio mea in syon. Expolia me hac mor-
tali tunica mea quam fero, ut induam me vestimentis
leticie. Anima mea liquefacta est ut inuenire pos-
sim dilectum meum, quem in mundo quesiui, et non inueni.
Inuenerunt me in hac solitudine custodes qui circue-
runt ciuitatem. percusserunt me et vulnerauerunt me.
et tullerunt pallium meum custodes murorum. percussus sum

et humiliatus sum a voce malorum et dolorum. Tota die ex
probrabant me inimici mei loquentes adversum me lingua
dolosa et sermonibus odii circumdantes et expugnantes
me gratis. posuerunt adversum me mala
pro bonis et odium pro dilectione mea. Ergo iam bona
mors propera. Confringe cornu arcum, scutum, gladium
et bellum. Si moraris iam deficit paulisper spiritus
meus propter multitudinem dolorum meorum. Iam consolationes
tue letificent animam meam. Hodie vocem meam audies.
noli obdurare cor tuum, quando veniam et apparebo ante
faciem dei, ut inhabitem in domo sua longitudine dierum
fuerunt mihi in miseria huius vite lacrime die ac
nocte. labores. contumelie. afflictiones. erumne.
fames. sitis. ieiunia. vigilie. temptationes. et pestilentie.
Audi gemitus vinculati. solue colligationes meas.
Accipe filium hunc famelicum in regione aliena et redde eum
patri suo. Suscipe ulceribus plenum, et colloca eum in sinu
abrahe part patriarche. fac me intrare in vineam domini
sabaoth. ut non stem hic ociosus. Suscipe me de via
iniquitatis et reduc me in via eterna. Educ me de tene
bris et umbra mortis. Disrumpe vincula. solue com
peditum. illumina cecum. erige ellisum. custodi aduenam
et pupillum. Sedenti in tenebris et habitanti in regione
mortis. onde lumen tuum. Illumina nunc me ut nunquam
amplius dormiam in morte.

Hec et his similia prosequente sanctissimo viro
omnium circumstantium creuit meror et tristicia. nec

quis nrm poterat se a lacrimis continere. sed omnium vna
erat plangentium vox. Quid sine te faciemus pater.
Quo pergemus. vineam istam ex egipto transtulisti, et plan
tasti eam. ut quid auertis faciem tuam ab ea. In lumine
vultus tui ambulabamus. gloria virtutis nre tu eras.
heu quid sine te amplius faciemus. Tu pater. tu doctor
& refugium. tu exemplar innocentie. vtinam tecum
nobis mori liceat. Iam ad nihilum reducti erimus.
Sicut oues erimus sine pastore. ad nihilum deueniemus.
Velut aqua decurrens. Non erit qui consoletur nos.
Fient filij tui orphani. et famem patientur vt canes.
Circumentes undique non te inueniet. heu quantus super
nos cecidit ignis. Non te deinceps videbimus solem.
Congregatio quid faciet fidellium sine te. Tu dispersio
eras hereticorum. tu interfector eorum gladio oris tui. tu
eorum malleus, et securis conterens eorum dentes in ore
ipsorum. molas leonis. confringens, et deducens os in pu
teum in interitu. Gaudebunt nunc, et exultabunt &
humiliabunt ppl'm tuum & hereditatem tuam vexabunt.
Captabunt in aiam iusti, et sanguinem innocentem condenabunt.
Incendent igni sanctuarium dei, & veritatem fidei lacerabunt.

Tunc ille motus his verbis aliquantulum lacri
mauit, vt totus semper in dno misericordie vis
ceribus affluebat, conuersusque ad eos hac tantum flentes
voce respondit. Eya boni milites xpi confidatis in dno
et in potentia virtutis eius. Nollite timere. Consequemini
a dno nram si sperabitis in eum. Est enim ipse pius &

misericors. et nullum deserit sperantium in se. Quis confi
sus est in domino et derelictus est? Si autem nunc vos derelinquo
dominus nonne vos recipiet? Ipse enim legem vobis constituet
in via sua. Dirriget vos in semita recta, et non tradet
vos in animas persequentium vos. Viriliter ergo agite.
et confortetur cor vestrum, et substinete dominum. Est enim deus in
celo pius et misericors, qui suos mille modis scit iuva
re famulos. Non turbetur cor vestrum neque formidet.
Sperate in domino et effundite coram illo corda vestra, quia ipse
erit adiutor vester. Si enim abio nunc, iterum me videbitis,
et gaudebimus insimul, quia non multos post hos dies,
quo ego vado, et vos poteritis venire. et ubi ego ero,
et vos eritis in gaudio, quod nemo tollet a vobis. Me
mentote filii carissimi quomodo post mortem moysi deus ellegit
Josue in ducem et protectorem populo suo. Et elleuato elya
per turbinem curru igneo in celum fecit helyseum in populo
esse prophetam, in quo duplex requieuit spiritus helye. Numquid
ex manita est manus domini, an oblitus est deus mise
reri, aut continebit in ira misericordiam suam. dominus erit pars hereditatis
vestre, et calicis vestri, et ipse restituet vobis hereditatem
vestram. Suscitabit namque ex vobis alium pastorem cui da
bit verbum euangelizandi, et ille ingredietur sine macula
et operabitur iusticiam. Et Rogo deum meum, qui duxit
& reduxit me secundum voluntatem suam, ut si quis fuit
in me spiritus ad obediendum preceptis suis, quod in isto quem
vobis mittet paraclito et pastore, fiat duplex. En
Eusebium filium meum predillectissimum habebitis eum vobiscum,

et ipsum tamquam me au

et ipsum tamquam me audietis. Ipse enim erit vobis in patrem. et vos
ei tamquam filii obedietis in caritate cum omni humilitate et man
suetudine et cum omni patientia. Si quid vobis in fuerit
necessitatis, referetis ad eum. Obsecro vos ut solliciti sitis ser
vare unitatem in vinculo pacis. Unum corpus, et unus spiritus sitis.
sicut vocati estis, in una vocationis spe vestre. Unus est
deus et pater omnium Jesus xpus. cui soli in una simul viventes
fraternitate placere cupitis. Eo eius estote imitatores
sicut filii carissimi et ambulate in dillectione sicut et ipse
dillexit vos. et tradidit semetipsum ut vos redimeret
et faceret vos sibi acceptabiles sectatores bonorum operum.
Unicuique vestrum det ipse gratiam secundum mensuram donationis
sue. Det vobis de rore spiritus sancti habunde, ut habeatis
cor ad collendum eum. Adapiat cor vestrum in lege sua
et in preceptis suis, ut cognoscatis eum, et faciatis eius
voluntatem, nec vos unquam deserat.

Tu autem fili mi Eusebi consurge. Consurge
induere fortitudinem. semper subditus esto domino.
nec emuleris eum ut nequiter facias. Salus tua
deus in sempiternum erit, et iustitia non deficiat. Hu
milior sis omnibus. Leva in celum oculos tuos. Lex dei semper
sit in corde tuo. Noli timere obprobrium hominum, et
blasphemias eorum ne metuas. Si sperabis in domino assum
mes fortitudinem et veniet tibi penne ut aquile, et
volabis et non deficies. Universa legis domini secure lo
queris omnibus. Ne metuas a facie hominum, quia cum illis
semper est dominus cum quibus est veritas. Descenditque cum

illis i foueam. et i uinculis non derelinquit eu. sed
a seductoribus tutat illum. et est illis adiutor et
protector i tempe tribulatois. Certe facile no timet
morte hanc. imo ut plus dico odit hac uita qui se
bene agere cernit. Ecce constituo te sup societatem
istam. ut euellas et destruas. disperdas et dissipes.
et edifices et plantes. Oportet ei ei te ee irreprehen
sibilem. Potest male alios corrigere. cui pot que
corrigit dicere. et tu similiter facis. Tibi animodo
maior erit labor sed maius premiu. Esto sobrius.
prudens. et pudicus. hospital'. et doctor. Nemi vio
lentia facito. sed omnes equalr dirrige. et tanto plus
quanto melior est. Non sis psequutor sed modes
tus. non litigiosus. nec cupidus. Tu ei predica opor
tune verbum dei. Omis scriptura diuinitus i spu
utilis est ad docendu. Acquire verba que predices
oronibus. Valet ei huiusmodi predicatio et doctrina
ad illuminandu. ad arguendu. ad corripiendu. ad
erudiendu i iustitia. ut perfectus sit audiens. et
omi bono opere istructus. Est ei xps iesus i celo
sedens ad dexteram virtutis. reuelans misteria.
et docens hominem sciam. In omibus fili dillectissie.
te ipm prebe exemplu bonoru operu i omi sanctitate
et bonitate. Nam capiti patienti corpus totu debili
tatur. Ut ergo breuiter te doceam. facies omia
bona si timueris deum. Patri meo Damasio Epo
portuensi scribens facies mei memoria. ut heat

me i orōnibus suis. nec corrumpi dimittat opera.
que tanto labore contexui ab hominibus iniquis et
dolosis. a quibus sepe expugnatus sum a iuuentute
mea. Etiam prudenter custodiat sciens quoniam mali
erigent se illaqueantes animas simplicium quos cona
tus sum educere in viam rectam loquentes in ore suo.
et gladium habentes in labijs suis. quoniam obmutui
et silui a bonis. et proiectus sum i monumento dormiens.
Spero ei in dno q̄ benignus est. et non derelinquet
fideles suos. Gaudeo ei heo magnū et consolationē.
presumens de misericordia dni. q̄ virum mirabilem
et multe scientie et bonitatis Augustinū yponensem epm.
omni perfectione redimitum post me relinquo. pp quē
multā fiduciā heo in xpo iesu substentandi fidem nrā.
cui de me scribens hoc ipm rogato. Ut tq̄ fidelis pug
net miles (ne veniant quod absit) mala genti nre.
Theodonio senatori. et omnibus in xpo fratribus me
recomendes.

Finitis his uerbis vir sanctissimus iocunda voce
uersus ad fratres inquit. Accedite huc, ut tan
gam vos filij mei antequam a vobis recedam. Ad
quē appropinquantibus illis singulū brachijs, ut pote melius
poterat amplectens. cuilibet osculū pacis tribuit. deinde
vocē mediocriter ellevans multu placido, et iocundo, ex
tensis i celum manibus conuersusq̄ ad dnm oculis
gaudij lacrimis inundantibus dixit.

Pie iesu. uirtus mea. refugium meū. susceptor meus.

et liberator meus. laus mea. in quam speravi, cui credidi
et dilexi. Summa dulcedo. turris fortitudinis. et spes mea,
a iuventute mea. voca me dux vite mee. et ego respondebo
tibi. operi manuum tuarum, quod tu de limo terre creator
omnium formasti. quod ossibus et nervis compegisti.
cui vitam et misericordiam moriens tribuisti. dextera
tue clementie porrige. Iube domine ne moreris quia
tempus est, ut pulvis in pulverem revertatur, et spiritus
redeat ad te salvatorem qui huc misisti illum. Aperi illi
Ianuas vite, cum pro me in ligno crucis tanquam latro,
pependisti. Tu promisisti mihi quod eum reciperes. veni.
dilecte mi. teneam te, nec dimittam. introduc me
in domum tuam. Tu susceptor meus es. et gloria mea. et
benedictio mea. et exaltabis caput meum. Salus mea.
et benedictio mea. suscipe me misericors deus secundum mul
titudinem miserationum tuarum. Nam latronem currentem
ad te in cruce moriens suscepisti. possidera te beatitudo
sempiterna. Cecum secus viam clamantem, Iesu fili
David miserere mei. lumine tue visionis eterne illumina
O lux invisibilis qua carens tobias clamabat. Quale
mihi gaudium cum in tenebris sedeo et lumen celi non video.
O lux sine qua non est veritas. non est discretio. non
sapientia neque bonitas. Illumina oculos meos in morte ne
quando dicat inimicus meus prevalui adversus eum. Te
det animam meam vite mee. loquar in amaritudine anime
mee. Egrotus sum. Infirmata est in paupertate
dita mea. Ossa mea sicut in frixorio confixa sunt. &

ideo ad te curro medicum. Sana me dne et sanabor.
saluum me fac et saluus ero. Et quoniam in te confido non
erubescam. At quis ego sum pyssime deus meus ut
tam audacter loquar ad te. peccator sum. in peccatis
totus natus, genitus, et educatus. cadauer putridum.
das fetidum. esca vermium. heu mihi dne parce
mihi. Que victoria si pugnando mecum vinceres me
qui sum minus quam stipula ante faciem venti. Dimitte
omnia pecta mea, et errige de stercore pauperem. Certe
dne si placet dicam. non debes me recurrentem ad
te fugare, quia tu es deus meus. Caro tua de car
ne mea, et ossa tua de ossibus meis. propter hoc namque
non relinquens patris dexteram adhesisti mee humana
uitati, factus homo et deus quod prius eras permanens
in una eademque persona. et hoc quare tam arduum
et inopinabile perpetrasti, nisi ut confidenter ad te
recurrerem tamquam fratrem. et ut tuam mihi misericorditer
donares diuinitatem. Quapropter exurge, adiuua me dne
exurge, et ne repellas me in finem. Sicut cerius
desiderat ad fontes aquarum, ita sitiens anima mea
petit te fontem viuum, ut hauriat aquas in gaudio.
de fontibus tuis, ne sitiat amplius. quando veniam et
apparebo ante faciem tuam. dne mi quando respiciens resti
tues animam meam a malefactis eorum et a leonibus vineam
meam. Vtinam apprehenderentur peccata mea quibus
iram merui, et calamitas quam patior in statera. quasi
arena maris hec grauior apparet. vnde et si amplius

expectes. tribulatione et dolore inuenia. veni gaudium
spus mei ut delectet in te. Reuela mihi viam tuam leticia
cordis mei. Inuenia te desiderium meum. Sicut seruus presto
latur finem operis sui, sic et ego expecto te. Intret postu
latio mea in conspectu tuo dne ut fiat manus tua ut sal
uum me faciat. Ecce virum descendentem a yerico qui captus
a latronibus vulneratus sum. seminuius et relictus sum. Tu
pie samaritane recipe me. peccaui nimis in vita mea.
et malum coram te feci. non te cognoui. ingratus fui tot
beneficiorum. non ut decebat te laudaui. forte multotiens
veritatem tacui in me. cum pulsabas ad ostium cordis mei
piger fui ut te reciperem reuerenter. corpus putridum
velut umbra declinaturum nimio dilexi affectu. verbis
vanis os inquinaui. mens mea non semper fuit in testo
legis tue. non auerti oculos meos ut non aliquando
viderent vanitatem. aures meas quoque verbis inutilibus
inclinaui. manus meas ad proximi necessitatem multotiens
non extendi. pedibus ad iniquitatem cucurri. Quid
plura dicam. A planta pedis usque ad verticem capitis
non est in me sanitas. Certe nisi in ligno crucis moriens
me adiuuasses digna erat habitare in inferno anima
mea. Ergo pie iesu sum pars tanti pretij. pro me
fudisti sanguinem tuum pretiosum. non me refutes. Ego
sum ouis que erraui. require eam bone pastor.
et appone eam ouili tuo, ut iustificeris in sermonibus
tuis. Nam promisisti mihi quod quacumque hora peccator
ingemuerit saluus erit. dolens factus sum. iniquitatem

no

mea ego cognosco, et delicta mea coram me sunt. Vere non
sum dignus vocari filius tuus, quia peccavi in celum et
coram te. Auditui meo da gaudium et leticiam. Averte
faciem tuam a peccatis meis. Dele iniquitates meas.
secundum magnam misericordiam tuam. Ne proicias me a facie
tua, non secundum peccata mea facias mihi, neque secundum ini-
quitates meas retribuas mihi. Sed adiuva me deus
salutaris meus, et propter honorem nominis tui libera me.
Benigne fac in bona voluntate tua, ut inhabitem in
domo omnibus diebus vite mee, ut in seculum seculi cum
habitantibus in ea laudem te. Surge propera sponse
dulcissime anime mee. et noli considerare quod nigra et
fusca est peccatis. Ostende illi faciem tuam. Sonet vox tua
in auribus suis. Vox tua dulcis. Et facies tua decora.
Ne avertas eam a me. et ne clines in hac hora a servo
tuo. Ne tradas me in animas persequentium me. Expecto te domine.
Credo videre bona in terra viventium. Veni ergo dilecte
mi. Egrediamur in agrum. Videamus si floruit vinea.
Converte planctum meum in gaudium mihi. Inclina ad me
aurem tuam accelera. ut de hac lacrimarum et miseriarum
valle erripias me.

Hec ubi vir sanctissimus continuatis lacrimis et
manibus in celum erectis dixit. Parumper siluit.
Deinde fratres intuens dixit. Precipio vobis predilectissimi
filii mei per virtutem et nomen domini Jesu. ut corpus meum
cum dissolutum fuerit, in terra prope presepe domini mei, nudum
sepeliatis, ut illud ferat se secum rediens, quod veniens

apportauit. nudus inde egressus sum. nudus reuertar
illuc. Sotietur terra terre. Non decet terram sotiari la
pidibus. Appetit enim naturaliter suum simile quodlibet. Iterum
rogo uos, ut mihi domini mei afferatis corpus. quatenus
in suo lumine videam lumen, ut firmans super me oculos
suos det mihi intellectum et instruat me in via hac quam
gradior.

Tunc quidam fratrum ad locum accedens sacratissimum
corpus iesu xpi obtulit. quod ubi uir domini
videre potuit, nobis ei auxiliantibus, prostrauit se in
terram protinus, et lacrimis et uoce quantis poterat
clamans, domine quis ego sum, ut sim dignus, quod sub
tectum meum intres. Meruit hoc peccator homo: certe
domine non sum dignus. Numquid ego melior sum
quam omnes patres mei, Tu moysi uoluisti uno ictu oculi
te monstrare. cur nunc tantum te humilias. ut
patiaris ad hominem descendere publicanum et peccatorem.
et non solum cum illo manducare uis. sed te ipsum man
ducari ab illo iubes. Cumque prope illum esset sa
cerdos erigens se uir gloriosus genibus flexis.
eum cunctis tenentibus, magnis lacrimis et suspiriis,
quam pluries percutiens pectus suum dixit. Tu es deus
meus, et dominus meus qui pro me passus es. an for
te alius. certe tu es ille, qui cum deus esses solus ante
omnia tempora, et sine principio genitus a deo patre,
eterna et inuestigabili generatione, qui cum ipso patre
et spiritu sancto idem unus deus es permanens illud

idem, quod eras. et es. intra unius puelle corpusculum te clausisti factus homo. sicut sum. vere et deus et homo es. Sic ei in virginali utero hominem suscepisti, quod nec sine homine deus es, nec sine deo homo. quamvis nec divinitas sit humanitas, nec humanitas divinitas. Non sunt confuse nature quamvis sit una et eadem in te persona. nec es caro et frater meus. vere sic famem habuisti, sitisti, flevisti, ut ego. Sed tamen in te peccandi infirmitas et defectus non fuit ut in me. Non ei peccare potuisti ut ego. In te fuit corporaliter, et est, omnis plenitudo gratie. Non enim tibi fuit data gratia ad mensuram. Tua enim anima statim cum unita fuit inseparabiliter divinati omnia perfecte sciuit et potuit quia ipsa potest divinitas. Quantum ad divinam naturam que in te est, eterno patri deo equalis es. Sed ob illam quam pro natura sumpsisti redemptione humanitatem minor es. nec tamen eo aliquod incurris vituperium. Tu nempe ille es quem in iordanis aluco baptizante iohanne vox subito paterna celitus intonuit. hic inquiens est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. ipsum audite. et spiritus sanctus in te ut columba descendens, te unum esse cum patre et eodem in substantia declaravit. Tu ne bone iesu pro me crucis tam grande in tuo isto quod presens cerno corpore subisti supplicium, ut mortem quam meis incurreram flagitiis interimeres animas antiquorum, quas dudum diabolica

potas miseras infernalibus mansionibus retinebat
recuperares, et totam humanam naturam que corruerat
in mortem perpetuam, tuo cum ipsa pacificato patre ad vitam
interminabilem, tuo quem pro ipsa fudisti pretioso sang
uine revocares. Cuius quidem vite die resurgens tertia
de illo in quo mortuus iacuisti baratro certitudinem
firmissimam comprobasti. Quoquidem nostra est solidata
fides. et aucta spes. ut sicut incorruptibilis. impassibilis.
et immortalis resurrexisti. ita similiter et nos resurgeremus.
Tu certe bone et pie domine post tuam mirabilem et singu
larem resurrectionem quadraginta expletis diebus
quibus experientia lucida iudiciorum multiplicium te ab
inferis vivum resurrexisse declarasti. ut nulla dubi
tationis oriretur calligo, cunctis cernentibus discipulis
ad celos tua virtute propria ascendens. mihique ianuas
reserans paradisi ad dei patris dexteram consedisti. ubi
sine fine sedes. Tu insuper bone iesu a deo constitutus
iudex vivorum et mortuorum sicut in illo ascendisti die
ita in tremendo et horribili universalis iudicii die
descendes reddere singulis secundum opera que fecerunt. Co
ram te certe tunc procident reges. omnis se
erit dominatio. Te tunc omnes timebunt, qui te nunc contem
nunt. Quid tunc tibi infelices homines, qui nunc cum male
fecerunt gloriantur dicent qui te omnia scientem cernent.
quibus nullum erit amplius remedium misericordie.
Quid in conspectu tuo potentis omnia. cernentis omnia.
et solum quod iustum est iudicantis. Quid facient miseri

qui totum suum in mundi vanitatibus et flagitiis amiserunt tempus. plus divitiis fallacibus quam tibi insistentes. plus filios et filias. et mundi gloriam momentaneam quam te dilligentes. cum tuum erga eos iratum cernent vultum. cum tam severam expectabunt sententiam. Cum eos de minimo quoque cogitamine et propria accusabit conscientia. et demonum caterva. et simul quelibet creatura quam te deum offerendo offenderunt. Cum videbunt statim cum fuerit sententia divulgata se adepturos tormenta. quibus & corpus & anima simul cruciabitur cum diabolis sine fine. nullum inde in perpetuum refrigerium expectantes. Veh veh miseris. qui te in isto tam brevi tempore dilissimis bonis temporalibus ebrii que non solum in copiam auferunt suis possessoribus. sed et ipsa suam faciunt indigentiam, negligentes in beluas rediguntur. Veh veh qui saltem tanto hoc timore peccare et tuam provocare iracundiam non desinunt si tuo nolunt amore, ut tenentur.

Sed quo tu pie Jesu tu. cuius tanta est magnificentia. ut nulla queat explicare creatura. quem celi, mare, et omnia que in eius ambitu continentur capere non possunt. qui idem totus ubique locorum presens es. nec intus inclusus. nec extra exclusus. Idem in celo ad patris dexteram omnium supernorum civium beatitudo et gloria que tue celsitudinis speciem contemplantur. Idem in terra pugillo

ipsum continens, et concludens. Idem in mari, et in abissis
ad nutum regens omnia et conservans. Idem in inferno
potenter dominans, sub tanta panis brevitate contineris.
non particulariter, sed integre et perfecte, ac inseparabiliter.
O ineffabilis admiratio. O omnium novitatum novitas. oculi
in te vident albedinem. saporem sentit gustus. odorem
olfatus. tactusque subtilitatem reperit. Sed auditus cordi
reputat, in te illa non fore accidentia. In te certe per
se sola existunt accidentia sine subiecto. quia non ut
humanis videtur sensibus, panis es. sed totus xpus in
teger sicut in celo ad patris dextram residens deus et
homo. Ave panis vite qui de celo descendisti dans
te sumentibus digne vitam. non sicut manna quod in
deserto nostris pluit patribus. de quo omnes qui man
ducaverunt mortui sunt. Certe qui te digne sumunt
quamquam morte corporali anima a corpore separetur non morie
tur in eternum, quia non illa separatio mors est, sed de
morte ad vitam transitus. Unde qui te digne man
ducat in mundo moriens. tecum eterne incipit vivere.
O quam pretiosa mors illa est, antequam homines mortui sunt
postquam vivere incipiunt. Tu panis angelorum, tua visione
angelos reficis & glorificas. Tu esca esca es
anime. non corporis. impugnans mentem non dentrem.
Qui in te non impugnatur virtutibus, nimis eger iacet
in flagitiis. Tu te manducantem ut condecet, in te trans
mutas, ut tui participatione efficiatur deus. nec tu
in illum transmutaris, veluti alia corporea facit esca.

Sed uelis te indigne sumentibus. Certe ad sui penam et
reatum, te iterum crucifigunt, non quod te diuidicet
illa manducatio, quia impassibilis et immortalis omnino es. Heu
domine mi quid dicam. Quot hodie sacerdotes te comedunt
in altari, ut carnes pecudum et dolucrum. imo penis. nocte
mulierum fruuntur actu turpissimo, et te mane masticando
comedunt. Ubi domine latitas? Dormis an vigilas? Est
tibi hoc acceptum sacrificium. Est hec oblatio qua elligis.
Exaudis preces eorum de celo, et de sede maiestatis tue.
Dere si hoc velles sacrificium et libamen. et mendax
fieres et peccatorum sotius. Certe domine si uera sunt, que
per os prophetarum loquutus es, si iustis solum supplicationibus
presto es, et si tibi placet equitas. hoc tale est impe
diendum sacrificium, ne fiat, quamquam in se et natura sui sacri
ficium bonum sit, nec possit violari malis sacerdotibus.
quia malitia non diuidicat sacrificium. Unde huiusmodi
sacrificium fit ad sacerdotis preiudicium et dampnationem.
nec pro quibus fit prodest, imo ut verissime dicam.
Qui vitam sacerdotis agnoscit, et eum pro se celebrare
facit, fit in eiusdem peccato conscius. nec non et
pene particeps. O magnum inscrutabile misterium panis
accidentia franguntur per partes. et tamen in qua
libet permanes particula totus et integer xpus, sicut
eras antea. O humanorum illusio sensuum, franguntur
illa que humanis sensibus in te videntur accidentia
et tamen nec frangeris nec corrumperis. Te dentes
videntur masticare veluti materiale panem, &

tamen nunquam masticatur. O nobile convivium, in quo sub
panis et vini specie totus xpus deus et homo sumitur.
Et ita totus in panis spe, et in qualibet eius dem p
ticula, et in vini spe, et in qualibet gutta, sicut in
panis et vini spe simul. Nam totus perfectus, et
integer xpus, sub panis spe, et sub qualibet, quantum
cumque minima continetur particula. et idem totus in vini
spe et in qualicumque gutta permanet. O esca sacratissima.
quam vere comedens deus efficitur. Iuxta illud. Ego.
dixi dii estis, et filii excelsi omnes. liberatur a malis.
impletur bonis. et immortalis indubitanter efficitur.
O sacrum nre peregrinationis viaticum. quo de hoc nequam
seculo pervenitur ad celestis ierlm consortium. patres
nri in deserto manna comedentes non pervenerunt ad
terram promissionis. Qui vero te comedit in tui for
titudine ambulabit ad montem dni oreb. O comestio
delicatissima in qua omnis saporis et odoris est suavitas.
omne delectamentum. omnis medicina. omnis substentatio.
et omnis requies a labore. nec non et omne quod deside
rari pot. Tu certe vita es. qua omnis vivit creatura.
et sine qua moritur. Tu es vita vitalis, dulcis, et
amabilis, atque iocunda. Odoris tui suavitas egros
recreat, et debiles. Quos tuus facit sapor salubres
et fortissimos. Tu lux illa incomprehensibilis. que omnem
illuminas hominem in hunc mundum venientem. Tua
mi dne est omnis potentia. tuum omne regnum. ante
te cruciabitur omne genu. omnia quecumque vis facis,

in celo. et in terra. et in mari. et in abissis. Tue nil est
quod possit resistere voluntati. In te. ex te. et per te
sunt omnia. Et sine te nihil. Eya ergo fidelis
anima gaude epulare, nec moreris his pasci delitijs.
nec pigriteris hoc frui convivio. in quo non carnes
hircorum ac taurorum ut olim in lege, sed salva
toris tui corpus sumendum preponitur. O signum
dilectionis inopinabile. ut idem sit dator quod da
tum. et donator ipsum donum. Quam magna dulcedo
tua domine, quam abscondisti timentibus te. et perfecisti
eam sperantibus te. O ferculum excellentissimum
venerandum. colendum. adorandum. glorificandum. et
amplectendum. omnibus extollendum laudibus
exaltandum cunctis preconijs. firmiter in cordis
disceribus retinendum. et perpetuis temporibus
animo obligandum. Cecidit homo per cibum ligni
detiti ad miseriam. per te relevatur ad eternam
gloriam. Tu certe in rectis et eruditis habitas
cogitationibus. Tu miserrimum arrogantem et
superbum detestaris divitem, eum dimittens inanem
et vacuum ac de te famelicum. Tu pauperem iustum
pium et humilem, omnibus eos implens divitijs, tue
domus ubertate satias. In te. et per te. est rectum
iudicium et equitas, tecum et prudentia. fortitudo. et
omnis victoria. Per te sancti regnant in celestibus.
Per te doctores predicant. per te iustus viriliter
contra hostes dimicat. Tu superbum potentem deponis

de sede, exaltando humilem. Tecum sunt omnes divitie
et glorie. Te diligentes diligis. Qui ad te puro corde
digilant te inveniunt. quia cum simplicibus, et rectis corde
graderis. Tu solus ante omne principium omnium eras, et
finis et principium. Tu solus sine tempore eterne a deo
patre genitus. Quam beati qui te diligunt. qui aliud quam
te non desiderant. qui de te assidue cogitant. qui te
digne comedunt. qui tecum manentes vias tuas omni tempore
custodiunt. Certe qui te inveniunt, vitam inveniunt. et hau
riunt salutem interminabilem. O esca mirabilis ac stu
penda. delectabilis ac iocunda. tutissima ac super omnia
poptanda. in qua tot sunt innovata signa et mirabilia
immutata. in qua omne habetur delectamentum.
et ad omnium gratiarum proficimus incrementum. Quam singulis
et inaudita tui libelli liberalitas. Quam super habundan
tissima ac prodiga largitas. ut tui neminem exorte
fatias, nisi ad te venire contemnat. Si quis ergo
parvulus est. secure ad te veniat. et te comedens
fiet magnus. et relinquens semitas infantie per
vias ambulabit prudentie. Si quis debilis est, ad
te declinet, et protinus fiet fortis. Si quis infirmus,
sanabitur. Si quis mortuus est, si audire voluerit
vitam interminabilem apprehendet. Sed qui magnus
est et fortis nec hoc deerat. nam semper habun
danter in te inveniet quo pascatur. Nemo certe
sine te potest vivere ad momentum. Tu solus vitam
das omnibus creaturis. Idcircho deficit cor meum.

In te exultat aīa mea. Tibi solum adherere cupit
mens mea. quoniam qui elongant se a te peribunt. Tu
autem dne ne longe facias auxilium tuum a me. sed tua
ad me inclina aurem misere. Te edat pauper et
inops, et satietur. et tunc diuens cor laudabit te.
O lux inuisibilis et inextinguibilis et omnia nec illuminans.
ceco huic secus diam miserere mei fili dauid clamanti
disum tribue quo te dideat. propitius queso dne huic
esto pctori. ut sis mihi in adiutorium, et in locum refugii.
saluum me faciens. et tunc si ambulem in medio dum
bre mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum eris.
Mortuus en pie iesu iaceo. exurge. resuscita me.
et confitebor tibi. Eger et infirmus sum, cui nulla
est amplius in carne sanitas. medicus es, sana me.
Nudus affligor frigore, diues es, indue me. fame
in hac solitudine pereo, cibus es, satia me. Sitio,
salubre poculum, me inebria. Infixus sum in limo
profundi et non est substantia, veni in altitudinem maris,
et tempestas demersit me: labro. laboraui, clamans
facte sunt rauce fauces mee. Iam intrauerunt quoque aque
usque ad aīam meam. Educ me de laqueo isto protector
meus. gubernator meus. firmamentum meum. et
refugium meum. dux meus. Rex meus. et deus meus.
In cuius comendo manibus spm meum. que in crucis
stipite redemisti. Respice dne humilitatem meam. salua
fac aīam meam. nec concludas me in manus ini
mici. hodie tecum ingrediar in locum tabernaculi admirabilis

ut inhabitem in domo tua in longitudine dierum in se
culum seculi.

His finitis vir dni gloriosus sacrum domini
corpus suscipiens ad terram supinus redyt
deinde manus in modum crucis supra pectus
tenens, symeonis prophete vaticinium decantavit.
quo finito, subito cunctis qui aderant cernentibus
tanta in loco, in quo iacebat divinitus lux infulsit
ut nestar solis radij splendor, quorumlibet inbraret
oculos, ne possent moriente virum gloriosum ali
qualiter intueri. quaquidem luce ad horam permanen
te, circumstantium, quidam agmen angelicum ibidem
viderunt, undique discurrens, uti fr scintille in arum
dineto solent. quidam vero angelos non viderunt,
sed vocem lapsam celitus audierunt, sic dicentem.
veni dilecti mi. tempus est enim ut mercedem acci
pias pro laboribus quos mei causa viriliter suppor
tasti. Quidam tamen nec audierunt nec viderunt
angelos, nec hanc audierunt vocem, sed tantum
cum his a beato hieronimo illa finita voce, hec
audierunt verba. Ecce ad te venio pie iesu,
suscipe quem tuo reciperasti sanguine, tunc
subito et illa lux disparuit, et illa anima sanctis
sima tanquam sidus omnibus virtutibus radians carnis
resoluta ceno celorum regna abyt adyt gloriosa:
in quibus iam certe, tanquam luminare conspicuum re
nitet. et splendore infinite beatitudinis, et multorum

coruscatione prodigiorum. quin non potest abscondi ciuitas
supra montem posita. nec uoluit deus, ut in morte ipsius
lateret sanctitas. cuius uita sanctitatis causa fuerat et salutis
totius ecclesie militantis. Tantus denique illa recedente sanc
tissima anima odor subsequutus est, per dies non modicos,
ut nulla forte talis recordetur etas. Et certe dignum erat
ut illius merita odoris precipue clarerent iudicio.
qui ad unitatem fidei intemerate membra fetida suorum
verborum odore euocauerat.

Hora namque carissimi patres et domini huius transitus
gloriosi diei erat ultima in qua quidem ut sui
athlete pius dominus gloriam demonstraret, et omnibus qui
in ecclesie domo habitant proferret clarum lumen. hoc
modo. Cirillo episcopo transitum gloriosi hieronimi ipse dominus
reuellauit. Cumque iam dicta hora Cirillus episcopus deuotus
in sua cellula orationibus inhereret, sursum in spiritu raptus,
uelut in estasi factus, subito quoddam a monasterio in quo
uir sanctissimus migrauerat, usque ad celum mirabile
et speciosissimum uidit iter, cuius erat tanta pulchritudo
et admiratio ut sicut eodem post modum testante cog
nouimus stupore, uelut amens effectus huc illucque
admirans, sui paulisper credebat obliuisci. In hac si
quidem mentis positus anxietate ellenans oculos, et
ecce angelorum maxima a monasterio societas ueniebat
alternatim melodiarum et mellifluorum cantuum uocibus
concinentium quorum uidebatur uocibus, celum et terra
et omnia que eorum continentur ambitu undique resonare

ferebant etiam angeli angelorum singulos manibus ac
censos cereos. quorum claritas solis repellebat lumen.
Sed quid additur maior admirationi admiratio. ad celos
vertens cirillus oculos non minore angelorum cernit
munerum modo simili, istis obviam dementium quin et ei
huius anxius Cirillus expectat eventum. Interrogasset
quidem quid hoc esset, sed ita eum stupor oppresserat,
quod quid diceret nesciebat. Ast illo diutius expectante
gloriosam vidit hieronimi animam, precunctis que precibat
angelis et sequebantur mira decoratam pulchritudine
dementem. ad cuius erat dexteram salvator, cum ea
pariter veniendo. Quequidem in loco quo cirillus de
gebat gradum figens et stans taliter est loquuta.
Agnoscis ne me? Ad quam ille. Minime quidem. Quis
enim es? qui tanto ceteris honore emines? Et
illa de hieronimo unquam fuit tibi aliqua cogitatio? At
ille. Certe quem nominas singuli affectu diligo caritatis.
Sed queso ille es? Et illa. Eius sum anima que
gloriam iam obtineo quam sperabam. Ad meos pergito
filios. et que vidisti nuntia. ut et a luctu desinant
et in eo statu gaudeant quem elegi. Quibus omnibus
finitis, omnis illa beata visio ab eius evanuit
oculis, et fuit in semet reversus. protinus
Cirillus ineffabili gaudio perhabundans, ita tamen
quod per totam noctem illam non se a lacrimis potuit
prementis letitia continere. Quia ergo mirabilis
est dominus in sanctis suis mirabilis in maiestate faciens

prodigia. dextera dni fecit virtutem. dextera dni
exaltauit eum. notam faciens in populis virtutem
eius. O diuini amoris immensitas, diuine largitatis
affluentia. Quid enim isto potuit suo filio facere
honoris et gratie, et non fecit, cum tam copiosa
et in vita et in morte erga eum fuerit munificentia.
dedit enim ei deus claritatem eternam. et nomine
eterno hereditauit illum. et fecit eum heredem gau
diorum supnorum in quibus permanebit in secula.
Quam singularis honor, et admiranda gloria
excedens pene aliorum gloriam sanctorum et honore
ubi non solum illa sanctissima aia, omni celesti comi
tatur cohorte, sed et ipso proprio saluatore. Nec
enim sola in celis fulget tantis insignijs dignitatum
illa beata anima sed etiam corpus suum sanctissimum
non cessat in terris radiare miraculis. Ad cuius
enarratione congruum est redire. Defuncto namque
ut dictum est viro sanctissimo hora completorij
corpus illud tantis flagrans aromatibus, custodientes
totam illam in somnem noctem cc. eum in magnis
siquidem pro damno, quod cunctis euenerat fletibus
et pro sua quam obtinuerat gloria gaudijs vigilaui
mus. Mane aut facto, diuinis peractis ut condece
bat misterijs, debitisque obsequijs, honore debito co
sumatis, in bethleem iuxta presepe, in quo pro nobis
xpus intemerata ibidem natus virgine infans
uagijt corpus illud sacratissimum saci tantum coopertum

lintheo in terra ut ordinauerat sepeliuimus.
Quantis aut ipo die, et etiam ad pns miraculis
gloriosis mirificauit dns sanctu suu filiu hieronimu,
Certe non foret sufficiens lingua carnis exprimere,
Sed tamen aliqua de multis, ne noster nimis plunge
sermo referam. Quidam a natiuitate cecus i ipo sepul
ture sue die, videndi benefitiu corpus tangens sanctu
obtinuit, me cunctisq; qui ibi aderant cernentibus.
Quidam etiam iuuenem muto, et surdo, sanctissimu corpus
deosculanti, soluta auris et lingue ligamine, et
loquendi et audiendi gra est concessa. Et certe dig
nu erat, ut qui cecitatis vere lucis, que xpus
erat est, tenebris obcecatos, suis sanctissimis doc
trinis et exemplis illuminauerat. Surdis quoq; et
mutis in diuinis operibus, veram exercuerat
medelam, ut diuina intelligerent documenta.
Et catholice fidei confiterentur rones, quas sperne
bant, in die sui obitus gloriosi, et cecis lumen tri
bueret corpalem, et surdis ac mutis concederet
sanitate. Qui plurimi ut asserunt qui viderunt
a nephandis spiritibus obumbrati, i loco quo sanctu
quiescit corpus clamantibus diris vocibus demoibus.
Sancte hieronime, cur nos tam i sequeris, Tu nrm
semp flagellum fuisti, ut diuus, et nunc mortuus,
sunt mirabiliter liberati. Hereticus quidam, dum
predictum btm hieronimu blasphemaret, et eius
fore dignu corpus incendio diceret, Altione diuina

ad aliorum hereticorum formidinem in ligni speciem
est mutatus, et subito cunctis qui aderant viden-
tibus, ignis celitus eum invasit, ac eum taliter com-
bussit, quod totus in cinerem est conversus. Ad hec
magna hereticorum multitudo, cum tantam sue sancti-
tatis adverterent experientiam, ad veritatem sacre
fidei tantis et tot apertis signorum indiciis, tamquam
quibusdam clamantibus precoribus vocarentur,
ad ipsius sacratissime et intemerate fidei lumen
redierunt. Quid plura dicam: Certe in genera-
tione et generatione vix annuntiarem, que per illum
deus ostendere voluit, ut magnificaret eum, et colendum
exhiberet universis. Quam magnus certe est iste
tot faciens miracula, cui certe non est similis
secundum opera sua. Magna magnalia de hoc per mundum
resonent universum. Sui gloriosi exiliat triumphi
fama, in omnem terram, et ad extrema terrarum
spatia rutilent sua lucida signa. Iam tantorum
miraculorum multitudine corroboretur intemerata
fides. Quot enim infirmis in integrum
sanitatem concesserit, per optatam enumerare
crederetur in immensum. Et tempus et vita
et omnis humanus deficeret sensus, si vellet
omnia indagare que operatus est in diebus
nostris, que auribus audivimus, nec sunt
occulta a filiis hominum. Ketetur itaque totus
fidelium cetus, et canticum leticie, et exultationis

pent
deo concrepat alta voce quod ex eis prosilyt stella
micans in celi firmamento cuius fulgentes lucis radij
eos dirigunt celestem priam ad eundam. Istius certe vita
sacratissima est omnibus disciplina. Mores sunt sui, omnium
fidelium instituta. Adsunt hodie sacre matri ecclesie, et pro
tanti filij recessu pie lacrime. et pro tanta eius gloria
inextimabile gaudium. Liceat ergo instar pie matris ei
pias lamentationes impendere, cum tanto se ceruit hodie
priuatam filio, viduatam viro, destitutam pugile et capita
neo, incisam palmite, quem in agro fidei plantauit
et coluit. Non mihi queso imputetur filio tanto obcecato
patre, si pre dolore damni tam inextimabilis ea referam
que non decent. Sepe namque nimia cordis habundantia
plura homo loquitur que non uellet. Quid heu caris
simi patres, et domini nunc vobis referam, circumquaque pre
prospiciendo pergens ut si forte meum quem dira mors
abstulit patrem hieronimum inuenirem, et non inuenio,
quem diligit anima mea, cuius amore langueo.
Tedet animam meam uite mee. quoniam ablata est a me vita
mea, et excussus sum, sicut locusta. et exaruit virtus
mea et lumen oculorum meorum extinctum est. Quale
amplius erit mihi gaudium in mundo, cum lumen
meum videre non possum. Obscuratus est enim mihi
sol meus, et luna non stat in ordine suo. Quis cum
lupis quid faciet, pastoris priuata munimine.
Quo viget arbor radice detruncata. Quid heu
dira fecisti mors. Cur patrem recipiens filium tam

mendaꝝ ꝛ omnibꝰ bonis eqlem dimisisti. O mors
crudelis. non illi / sed mihi / ꝛ pene tot̄ ecce que suꝛ
repisti athletam. Cuꝛ antea mi / ꝙ deꝛem mihibꝰ
dolusti placꝶ. Cuꝛ non dispexisti eꝫ tempoꝛe. Quaꝛe
aliquantulꝫ non auertisti faciem tuã ab eo. Eꝛꝛ quid
sensisti. Numquid non considꝛasti quẽ tam deloꝛtez
a nobis suꝛripuisti / ꝙ non sit i mundo ei similis
in doctꝛina / ꝛ doctꝛina / ꝛ sanctitate. Hic veꝛe pꝛimꝰ
patꝛ. duꝛ iustꝛie. doctoꝛ veꝛitatis ꝛ equitatis. armi
geꝛ inuictissimꝰ fidei. contꝛa hꝛeticos bellatoꝛ foꝛtis
simꝰ sagitta nuꝝ abiit ꝛetꝛoꝛsum. nec deficiunt
clipeus eius in belle. ꝛ eius nuꝝ est hasta aduꝛsa.
Iuꝛsum ꝙpianoꝛ plebis flete. qm ꝛendit duꝫ hostis.
Cop in zama sonet tuba fily veꝛsum. pia ploꝛet
ecclia. Jam ꝛuinabunt eam canes multi ꝛ consilium
malignantꝫ obsidet eam. qm longe factus est ab ea
angelꝰ eius. Jam ad suam non aspiꝛat defensionẽ.
Jam tribulatio pꝛoxima est / ꝛ no est qui adiuuet.
Jam i sepulcꝛo iacet ꝙtꝛitoꝛ solutus. non veꝛe eꝝ
uꝛget aduꝛsus malignantes eam. Jdꝛeꝛco clamꝫ
ꝛ ploꝛo ꝛ planctu pia matꝛ. Judee te didicit
deꝛtꝛo / tanto iam didicta filio. heu datamiabuit
pꝛendo ꝙphe ꝛ pꝛophetabunt diuisiones mendaces
ꝛ fraudulentas diuinatiues ꝛ seductiones sui coꝛdis
i nobis. ꝛ veꝛe non est qui ꝛesistat eis. Exiuit
est enim fons vite / ꝛ vena dispauit aquaꝫ
uiuentiu. Sed ꝛ tu quid dicis caꝛissime patꝛ

damasie, ubi quem plus te diligebas hieronimum. Ubi tua
norma itineris. consiliator. doctor. et ductor quo abiit
tuus. Quid queso scribes ei. Sine tuo sum hieronime caris-
sime consilio veluti abscissum a corpore membrum. Scribe
scribe queso. ne pigriteris. ut si tua locorum distantia
peroptata careo visione, saltem tua mihi adsit memoria
frequens, tuis assiduis litteris gratiosis. Teste deo in nullo in-
uentum, ut in te totam mee spei firmam anchoram.
Plora igitur plora. deducant oculi tui lacrimas per
diem et noctem, quoniam defecit anchora tue spei. arruit
scribentis manus, tanquam flos feni. Iam non erit amplius
tibi eius memoria. Vox certe sua dulcis, et iocunda,
que in fidelium auribus erat mel dulcissimum siluit.
Heu qualem amisisti consiliatorem, et adiutorem. Certe iam
in multitudine consiliorum tuorum defecisti. Non erit qui
panem frangat tibi vite. Extincta est lucerna in
medio ecclesie micans. ut non nobis, sed tibi luceat. non
mundo, sed celo splendeat. Quid ergo dicam? Cui conque-
rar. Unde mihi in hoc veniet auxilium, ut consoler?
Certe ut intueor a domino factum est istud. Et ideo sibi dicam.
Cur bone iesu velociter a tui sponsa, quam in cruce moriens
desponsasti, tantum abstulisti filium protectorem et contra
eius hostes belligerum. forte doluisti eum tecum. Certe
domine non eo egebas ut ipsa. Bene quidem ei subuenisti,
sed nos orphanos reliquisti. Non conqueror quod aliud quam
iustum et equum feceris, quoniam iam certe ipse merebar
finem imponere huius vite laboribus, et tecum esse. Sed

doleo q tantum tota incurrit damnum ecclesia eo abeunte.
Utinam eum redderes, ut tuam regeret, stabiliret,
et defenderet ecclesiam, velut prius. Quid bone domine eius
deinceps facient filii iacentes, esurientes, circumeuntes
famelici ciuitatem ut canes, non habentes qui eis
panem frangat, sicut oues errantes non habentes pastorem,
discipuli sine doctore, ceci sine ductore. heu pater pie
hieronime, nostre substentationis baculus, ubi es. Quid
tuus faciet currus, sine dulci auriga, ubi cubas, in-
dica nobis. Cur es nunc terre sotius, qui in te nil voluisti
fore terrenum. Bethleem Bethleem ciuitas iuda. q
non minore de principibus ecclesie retines. quid fecisti.
Redde nobis quem retines patrem. Sed et tu terra quare
audes retinere hominem, non tuum, qui nil gessit terre-
num, nil carnale, certe sua redoluit caro. Suspende
et tu pyssime theodosi tua in salicibus organa. non
prius cesset fletus cui tui dilecti hieronimi recordaris
quem amisisti. Tanta denique insit doloris affectio, quan-
ta extitit dilectio. Tanta sit lamentatio, quantum damnum.
Sed que posset mortalium explicare lingua quanta
eo superstite aderat toti ecclesie utilitas. quanta christia-
norum singularis salubritas. Quantum certamen,
quantaque hereticis destructio et dispersio. hic certe omnibus
christicolis amabilis erat, et decorus in vita sua.
Et ideo eius recessu singulum flere licet, nec est qui
se abscondere et excusare possit. Ne igitur noster
nimis protrahatur sermo, ut breuiter concludam que

ad pro nostro damno dolorem attinent ut que ex illo pro
ueniebat utilitas et exultatio explicari non pot. Ita dolor et
lamentatio. Cesset igitur dolor, et abeat tristitia. quibus tamen
attingere non possumus que vellemus. que non solum nullum
adhibet dolori, sed auget. Si prenum nostrum diligimus, eius
letitia gaudeamus. Non vere diligit, qui sua tantum utilitate
diligit. Idcircho et si pro ea que nobis euenit utilitas dole
mus, et pro eis que recipit gaudia colletemur. Adsit
hodie nobis tam magne letitie. Cantet quilibet nostrum nouum domino
canticum. Sonoribus iubilet vocibus sancta mater ecclesia.
In ymnis et confessionibus plaudat tota die plebs catholica.
Undique iocundetur christiana contio. hodie certe obtinuit hiero
nimus, quod tanto estuabat desiderio. hodie deuictis hostibus
securum obtinuit triumphum. Certe omnibus expletis laboribus
et equiem possidet sine fine. Ita non esuriet, neque sitiet am
plius, neque cadet super illum sol, neque illius estus. Ablata est
ab oculis eius omnis lacrima. abiit enim luctus. Iam certe sibi
dolor deinceps non erit. Iam certe mercedem habet pro qua
toto sue vite tempore laborauit. Consolemur ergo. demus
magnificentiam deo nostro. qui dei perfecta sunt opera. et cunctis nie
eius iuditia. Confiteamur domino, et collaudemus deum saluatorem
nostrum. qui non derelinquit sanctum suum sine adiutorio in tribu
lationibus que in agone huius vite miserrime circumdederunt
illum. sed adiutor et protector suus factus liberauit corpus
suum a perditione. A laqueo lingue inique, et a labiis operantium
mendacium. et eum sublimiter collocauit. infra patris man
siones. ubi omne est gaudium, omnis suauitas, omne quod

desiderari pot, labores, et erumnas, ubi dulcis solemnitas an-
gelorum, ubi una sonetas et caritas omnium sanctorum.
Ibi certe neminem timor aut dolor concutit. Ibi nulla peni-
tus agnoscitur angustia, tribulatio, aut adversitas. nulla
ibi infirmitas nominatur. Nemo enim ibidem de suo fraudatur
desiderio. procul ibi distat mors. nulla ibi prorsus
presentis glorie expectatur minoratio, sed augmentum, scilicet
cum omnium erit universalis resurrectio mortuorum ubi tunc
corpus cuiuslibet beatorum simul cum anima predicta gloriam
quam nunc sola possidet anima, sine interminabili possidebit.
Quis autem angelorum vel hominum quanta sit minor particula
gaudiorum et glorie que ibi sunt esset sufficiens enarrare.
Quis esset intellectus ad hec intelligendum ydoneus. que
nec oculus vidit. nec auris audivit. nec in cor hominis
ascendit. Certe si hec quanta sunt gaudia considerentur
terrena omnia vilia vilioria omni stercore apparebunt. Si
hec temporalis vita illi comparetur, ea quilibet hominum
extinguere quam citius poterit ardescet ut illius capax
efficiatur. hec vita caduca et momentanea respectu illius,
mors potius dicenda. Omnis mundi fallax gloria
et vana letitia. pondus amarissimum et granis sarcina.
hanc quippe sarcinam deponens hieronimus sanctissimus
optimam illam elegit partem, que ab eo nullo tempore aufferetur.
Bogo gaudete et exultate. cantate et psallite. quia pater
noster gloriosus navim plenam celestibus divitiis eternisque
mercibus iam concupito in littore collocavit. Anchoram spei
tranquilla iam in statione firmavit. Iam certe bravium

obtinet, pro quo in agone huius seculi ab omnibus se illicitis ab-
stinendo cucurrit. Iam victor de suis hostibus triumpha-
uit. cum quibus scuto timoris domini munitus tam viriliter
dimicauit. Iam denarium recepit pro quo tanto labore
in vineam sancte ecclesie laborauit. Iam talentum domino reddit
reddit duplicatum, pro cuius mercede in gaudium domini me-
ruit introire. propter hoc gaudens gaudebo, et canta-
bo dilecto patri meo canticum nouum ut sit laus eius in ecclesia
sanctorum. Ecce dilectus pater meus abiit in ortum domini
dei sui ut comedat fructum pomorum suorum. Ecce dilectus
meus candidus spetiosissimus electus ex milibus in quo
nulla est macula. pascitur inter lilia in vinea domini
sabaoth. Ecce flos campi, et rosa nimio flagrans ~~crimine~~
odore de orto nuper ecclesie in viridarium est domini trans-
plantatus. Ecce cupressus in celi altitudine se extollit.
Ad insulas longe diuulgetur nomen suum. ut sit in eter-
num eius memoria in benedictione. Exultate igitur
carissimi patres, letamini, et laudate. quia decet laudare
dominum qui mirabilis se in suis declarat sanctis. letetur
omnis orbis. Erubescant fallaces heretici, et iam se noscant
ad nihilum deuenisse. Certe non est mortuus ut existi-
mant suus hostis. sed certe victor regnat in terra vi-
uentium. Iam certe eius refulget claritas per eterna palatia.
Iam veteribus depositis armis fragilibus, noua induit
ac perpetua. hodie undique facta sit in populo christiano letitia.
Exultet precipue sacra mater ecclesia, cuius hodie gloriosus
filius filius, et cultor, amator, et propugnator precipuus,

omnibus extirpatis hereticis dogmatibus cum suis falla-
cibus auctoribus de agro fidei catholice et doctrinis sa-
cratissimis et prefulgidis signis ac prodigiis, ut sol re-
lucet inter agmina beatorum. Vale igitur hieronime
gloriose nostri semper faciens apud deum memoriam
ut tua valeamus pyssima intercessione et in presenti ab
omnibus protegi nocivis et in futuro gaudia que iam
tu possides adipisci. Amen. 1466. 1° febr. per me oliverium
Cremone in domo nobilis viri et de bleysich ad de saramo de
spectabilis iurisutriusque deo gratias leodio feliciter explicit
doctoris domini Johannis francisci de allia domini mei honorandissimi et
dum pro scriba secum manerem. Ad dei omnipotentis laudem
Manus scriptoris saluetur omnibus horis
Qui scripsit hec scripta sua dextera sit benedicta
Scriptor sum talis ondit mea littera qualis
Talis sum scriptor oliverus nomine vocor

Accessit valida castrum rex plebs leodina.

Vanitas vanitatum et omnia vanitas

Facile contemnit omnia qui se semper cogitat
moriturum.

Omnis homo mendax. Nemo sine crimine vivit

Omnia pro meliori.

Dies dnica tota debet consumi in bonis operibus. Decretu.
Jeronimus.
Melius est seipm corrigere q̄ ab alijs corrigi.
decretal. c. 27.
De his qui in foris sunt sibi Judiciū reseruauit. De his aut
qui intus sunt nobis iudiciū commisit.

Propter peccata veniunt aduersa

no. bene

Pluribus intentus minor est ad singula sensus.

Omnibus in rebus modus est pulcerrima virtus.

Noli per cras cras longas tibi ponere metas
Nam per cras cras cras omnis consumitur etas.

no

Occasum Sapiens, Stultus considerat ortum.

Postremo angustie sunt

Vbi opus est facto verba non suffitiunt.

Da chi me fido me guarda dio
Da chi non me fido me guardaro bene Jo

Chi vole lo bon bracho Chastigalo a bona hora

Noli considere in homine.

Sermo Sancti Augustini Epi de Vita Solitaria heremiticha & contemplatiua.

Sermo scti augusti epi. de vita solitaria heremitica & cotemplatiua.

Pax uobis fres carissimi cu fideq; uobis non deficiat. Pax uobis fres qui dilecti estis ante mondi costitutione i hac uasta solitudine, ut sitis cu elya. paulo. & ylarione. & anthonio. & Johe. sancti i maculati in conspectu dei. pax uobis qui non estis genus abiectu, sed electu. non uenale sed regale sacerdotiu. non gens obstinata sed scta. non ppls pditois sed acquisitionis. Pax uobis qui non conuersatione hoiuz sz angeloru in siluis & nemoribus adamastis. Pax uobis & uera aplorum caritas tqm nihil hntes & oia possidentes. Pax uobis fres & filij mei dilectissimi quos quotidie i xpo pturio i uisceribus caritatis. Pax uobis illa ill i qua que exuberat oez sensu custodiat ut optamus corda ura & itelligentias uras. Pax uobis fres qui sclm calcastis. mondu despexistis. laude modi usq; nuc no adamastis. visus hoiuz fugistis, ut sanctis agminibus & colloquijs uacare possitis. Pax uobis quos in filios & fres elegi ut cosortes & ptcipes uos heam i teptationibus meis. Ad hanc aut sonetate iuxta aplica forma uiuere uolentes non me elegistis, sed ego uos elegi uos. Segregaui uos a sclo isto maligno & eduxi uos per singula heremi loca per speluncas & cellas

ut uelut apli modico cōtenti pabulo demoretis. Stemus
g° hic fortes ī bello pugnātes quotidie cū ātiquo ser
pente. stemus fortes ī bello restringētes ⁊ pcingētes
lūbos nr̄os. lucernas ardētes tenētes ī manib⁹ nostras.
lucernas abstinentie. caritatis. iustitie. pacis. ⁊ tran
quillitatis. Ad hoc eī nō me elegistis, sed ego elegi
uos. ⁊ posui vos ī vineā penitentie, quā quicumq;
dissipare p̄sumpserit, mordebit eū teterrimus īferni
colubrer. hec ē uinea illa fertil' quā plantaui āno
etatis mee. xxxiij. uelut seruus dei Noe. quam
cupimus tota mente deo duce sanctis exemplis ⁊
scōr̄ documentis ornare, ⁊ ornatā custodire taliter
ut a nemine transeuntiū possit vindemiari. nec
aper dente possit eam exterminare. nec alicui pos
sint dirripere labores eius ⁊ fructus. hec est illa
uinea quā plantaui uelut pater familias, quā sepe
paupertatis, caritatis, ⁊ obediē, ⁊ castitatis, ut a
Simpliciano clarissimo viro didici circūdedi. Ad quā
delut p̄r familias exiens p̄mo mane vos conduxi
ī operarios, ut afferatis fructū quinquagesimū. sexage
simū. ⁊ centesimū. scd̄m hn̄dantiā grē plenitudinis
xp̄i. hec est illa scā religio īmaculata, cuius sctitas
p̄ totū orbē terrar̄ diuulgatur. quor̄ cōuersatio a
cūctis miratur. quor̄ vita nō solū a xp̄ianis, sz a Iudeis
⁊ paganis potius angelica q̄ hūana reputatur. hec
est illa amenissima paradisus, quā deus a p̄n° plan
tauerat. In qua posuit gratia, ⁊ dono, ⁊ meritis

alicui

mris mee, hoiez ut operaretur virtute patientie. erudi
tione doctrine. corporis castitate. assiduitate precum.
confessione delictorum. et hrdantia lacrimarum. hec e illa
paradisus de qua exeunt flumina sapie et veritatis,
amoris, et caritatis, continentie, et castitatis. in qua
deus delectatur sicut i oibus diuitiis. hec e illa norma
aplica. virga dirrectionis et equitatis. que tpre aplice
pdicatois supsit exordiu. quoru aia una, et cor unu,
erat in dno. nec quicqm eoru q possidebat, aliquid suu
ee dicebant. sed oia erat coia, et distribuebatur singlis
prout opus erat. Numqd et nos fres mei sic usqz ad
morte viuere deo promisimus. hec est igitur religio
aplica a mundo corpe et corde segregata. que pcutit duces
moab. interficit satrapas et tiranos ierlm. et egiptiorum
ypocritas vulneravit ad morte. hec est ei vinea
Noe serui dei i medio paradisi situata. xpi sanguine
redempta et irrigata. qua satabaitarum principes et
hereticorum pastores velut aper de silua tpre illorum mag
norum monacorum et heremitarum pauli videlz et anthonii
destruere quesierunt, cuius sepem comburere, cuius giru
lapideu subplantare, cuius fructus vites et flores
incidere, cuius plantie virtutu zizania seminare,
et replere quesierunt. Sed dei virtute circumdata mi
nime potuerunt. Ad hanc aute vineam fres mei
vos conuocaui, et operarios vos feci meos, ut labo
rantes usqz in finem fine dignu fructu recipiatis
i tempe suo. Ad hanc non me elegistis ut supra

diximus fratres, sed ego elegi vos. et post annum factus sum
epus. non tamen vos relinquens, sed compulsus inter gentes
habitare, monasterium presbyterorum et clericorum ordinavi infra do
mum episcopii, ut coniter cum eis vivere, sicut et vobiscum antea
vixeramus. Non igitur me elegistis, sed ego elegi vos.
A quo fratres mei maxime hoc dictum sit, et quibus scitis. A
domino dictum est, et discipulis domini dictum est. verum tamen non tantum illis dic
tum est, sed etiam vobis dictum est, quos vocavit in partem solitudinis
et gloriam eorum. Sicut enim dignatus est eos vocare per gratiam &
principes eos fecit exortationis sue et vos. delicatus est
enim qui vult uti parte, et administratione partis dissimulat
exercere. Merito se privat honore qui honorem affectat
sine onere. Vobis autem qui pastores estis tantum animarum
vestrarum, loquitur pastor bonus, qui tercia die ut audistis
animam suam posuit pro ovibus suis, dicens. Non me elegistis
sed ego elegi vos, ut eatis, non istam tamen desertam habitationem
deserendo, sed de virtute in virtutem procedendo fructum
afferentes, ut et fructus vester maneat. In his quatuor
fratres mei attendere debemus. s. dignitatem. et officium.
cautelam. et constantiam. Dignitatem, quia dicit Elegi vos.
Officium, ut eatis. Cautelam, ut fructum afferatis. Con
stantiam, quia fructus vester maneat. Est ergo digni
tas in electione. fructus in fatigatione. cautela in fruc
tificatione. et constantia etiam in fructificatione. Magnum
est enim quod elegit qui non fallitur dum elegit. Maius est
quod dictum est opus ad quod elegit. Sed maximum quod inter
electos preellegit. Est enim sensus talis. Non vos me

elegistis. i. nullo genere electionis elegistis. Sed ego
omni modo eligendi elegi vos. Sunt .n. tres modi eli
gendi. Electio. Subdelectio. et preelectio. Electio est
qn de multitudine bonorum et malorum eligitur bonum.
sicut de torculari oleum separatur. Subelectio est qn
de bonis electis eliguntur meliores. postea qn de me
lioribus optimi eliguntur preelectio est. In hunc ordinem
es electus est Aron et filii eius, ut sacerdotio fungerentur
coram dno. Primo enim dns ex omni natione que sub celo
erat filios israel elegit in pplm peculiarem sibi.
De his autem subdelegit filios levi qui tamquam ministri spuales
in tabernaculo dni ritu ppetuo deserviret. De quibus etiam
preelegit filios aaron in sacerdotes qui precibus et oblationibus
suis indignationem dni in pplm placaret. Ad hunc sane
modum elegit vos cum per aquam baptismatis lavit vos. Sub
delegit cum in sortem sanctorum vocavit vos. et in ordinem
clericatus heremitarum promovit vos. et in dispensatione
familie sue dispensatores suorum ministeriorum pre
elegit vos. Magnum est enim fres quod elegit vos. Maius
quod subdelegit. Sed maximum quod preelegit. Vere ergo
elegit vos et preelegit vos dns in hereditatem sibi.
Nam in elevatione manuum vrarum regum capita in
clinantur et munera offerunt. Ecce vos, pres profitetur.
Expectans vos esse cum elya et paulo heremita in
tercessores apud deum. Vehe tamen in heremo habi
tantibus, si inter malos pisces foras in die novissimo
proyceretur. Veh pastoribus ovium si inter edos

muneradi sunt. Ve hoperarijs dnice messis si sicut
palea arsuri sunt. Quid ulterius dicatur fres audite.
posui vos ut eatis. Nam quatuor sunt hominum posi
tiones. accubitus. Sessio. Statio. et ambulatio. Omnis
ei ho sic e i loco positus / q aut iacet / aut stat / aut
sedet / aut ambulat. Hec autem inter se differunt in
hunc modum. Na cu ho iacet omes partes corpis quies
cunt. Cum vero sedet oes inferiores ptes corpis que
sedere videntur quiescunt / Sed supiores partes labo
rant. Cum aut stat totus ho laborat erigens se
qui generaliter pondere suo laborat. Cum vero labo
rat ambitu aditur labori gravis et motu fatigatio.
Ad hunc ad hunc modum fres quatuor sunt hominum gradus
et status i ecca dei. Fidelium. n. alij boni alij mali. Nu
merum malorum no distinguimus fres qm multipli
catus super numerum arene maris. Boni vero si
cut ordine recipiunt / sic et et distictione. Sane bonorum
aliqui sunt activi / aliqui cotemplativi / aliqui utriusque
prelati. Et sic unum est malorum genus. et tria sunt
bonorum genera. Quatuor g° sunt fidelium genera.
Mali aut sunt iacentes qui i mundo quiescunt. Tales
igitur totam spem et fiduciam ponunt i nuo divitiarum
quorum deus / venter est. Tales in lecto iacentes lo
quuntur aie sepe / et dicunt. O / aia mea hes multa
bona reposita / epulare. bibe. oppime pauperes.
despice vci vicinos. et enue notos. dilate te extende
de alas / ascende super sidera. non sit pratus quem

luxuria tua non pertranseat. dic aīe tue bene cas
trum seruat qui se ipm ab omī malo seruat. O
fres mei tales prostrati iacent. nocte dormiunt
ebrij sūt, et ecce mox eos iacentes et dormientes
aggreditur mors, et sicut fauilla statim defitiunt.
Talibus aūt quotidie apls clamabat dū dicebat
fres scientes quia hora est iam nos de somno sur
gere. Inter bonos uero sunt boni coniugati qui bene
utuntur licitis, sz tales diuisi sunt, quia tales ptim
seruiūt deo, et ptim mondo. De quibz ait apls. hono
rant de sub'a sua operibz mīe intenti, tamen solliciti
sunt ultra mōm de uxore, possessionibz, fribz, filijs
et cognatis. Et quia isti ptim delectantur i deo, ptim
i mondo, ideo sedere dicuntur, quia i supioribz laborat
et i infimis requiescūt. Sunt et alij contemplatiui
quorū ut diximus sup conuersatio in celis est. de
quorū mīo uos ee dei gratia credo et certus sum. Tales
spem omīe i deo ponunt. obprobria. fames. nudi
tatem. pressuras. amore xpi substinere semper
desiderant. quibus viue est et mori lucrū. clamā
tes cū aplo et dicentes, Quis me liberabit de corpe
mortis huius. Tales stant velut milites et celorū
ciues. Isti laborant sup terrā, et quotidie ab āgelis
sustentantur. Sūt et alij qui ambulabat, istis ambu
lare incumbit non aūt ut et vobis de virtute i
virtute sed plusqm uos inter diuersa hostiū genera
ambulare discurrere et examinare. quid agatur.

Isti sunt pastores et prelati quibus incumbit nunc exortari.
nunc increpare. nunc minari. nunc consolari. nunc docere.
nunc predicare. nunc legere. nunc orare. quibusdam ridere.
quibusdam flere. quibusdam applaudere. quosdam fugere.
quosdam mente et litteris visitare. quosdam presentia intueri.
Tales sunt prelati verique pastores ambulantes velut
magister Jesus qui ambulans iuxta mare galilee vo
cavit discipulos et ait illis. Ite in orbem universum pre
dicare evangelium omni creature rationali. Tales sunt omnes
ecclesiarum pastores quibus a xpo dicitur. Ite quia periculosum est
tantum stare et pastoribus medicis animarum. Ite ergo quia
pernitiosum est sedere. et peremptorium est iacere. Ite exci
tate iacentes et dicite Jam de somno surgite quia
diu dormistis. Clamate pastores et predicatores veri
tatis et exaltate vocem vestram ut in omnem terram audiatur
sonus vestre correctionis. increpationis. caritatis. et sancti
tatis vestre. Aliquando magister quatriduanum mortuum
volens suscitare voce magna clamavit. vigilate et
excitate dormientes et minas cum terroribus eis adhibete.
Deinde ad sedentes transire debetis eos exhortantes
ut ad meliora proficiant et dicite super flumina babilonis
sedete et flete dum recordemini syon. Porrigite manum
pauperi ne oblivioni detur dextera vestra. Frustra
enim manus tendit qui pro posse suo manus ad pauperes
non extendit. Si vero qui sedet aliquando stare voluerit
apponite manum et dicite. Surge postquam sederis qui
manducasti panem doloris. Stantibus autem dicite

qd promissu est. Sedebitis et vos super sedes iudicantes
duodecim tribus israel. Istis aut nccia est consolatio.
qm multu laborant. dicendu est ergo eis. Beati pau
peres spu. qm vrm est regnu celorum. Beati qui nunc
fletis. qm ridebitis. Beati qui nunc famescitis: quia
saturabimini. Beati qui homines fugitis: quia angelis
sociabimini. Beati solitarij: quia cives celorum effitiemini.
Viriliter ergo agite fres et confortetur cor vrm, et
expectate dnm, quia veniet et no tardabit. Modicum
erit et videbitis remuneratione militie vre, pro quo
penurie et anxietates substinuistis. Regnu ei celorum
vim patitur et violenti possidebunt id. Hic est enim
labor offitij nri. Iste enim mondus mari, fres mei,
sepissime comparatur, per quod multiplex e trasitus.
Nam quida transeunt vado. quida navigio. quidam
ponte. quida submersi natant in fluctibus. Isti sunt
illi quatuor status quos superius noiavimus. Iacentes
enim submerguntur et descendunt i pfundu quasi lapis.
Coniugati vado mare transeunt medijs fluctibus.
Isti saluantur igne purgati. Contemplativi aqua maris
ponte transeunt securiorem via eligentes, quibus modus
mortuus est. Isti sunt mondu despicientes qui sicco
pede vestigio mare magnu ut experientia didicimus
et oculata fide probavimus, transeunt i fame et siti
nuditate et frigore, in vigilijs multis, in laboribus
plimis. Vos aut fres mei qui mecu pmansistis in
temptatoibus meis et mare ponte transimus, nobis

vere incumbit ceteris subuenire ne descendat in profundum
qui lapis. Et ideo subuenite uos omnes oroibus uris oibus hoc mare
magnum transeuntibus. quia omnes in periculo positi sunt, tam nauigan
tes quam submergentes, et tam uado mare hoc transeuntes
in periculo positi sunt. Numquid et et nos qui per ponte transi
mus, numquid alii et pons cadit. Orandum est omnino fratres
ne de ponte cadamus. Nam si de ponte cademus (quod
deus auertat) citius moriemur, quia de loco sublimiori
cademus. Porrigamus ergo manus ad submergentes de
ponte ne moriantur et liberemur, ne putei putens in
ferni aperiatur et laudatur super nos os suum. Nunc uero
fratres de cautela audiamus, et audientes aduertatis et audiatis
uel uideatis quo caute ambuletis. Caute enim ambulandum
est ut fructum afferatis. Tres enim fructus dominus memorat
in euangelio. trigesimum. sexagesimum. et centesimum. Centesi
mus est virginum. trigesimus est subditorum. sexagesimus
fructus prelatorum .i. fructus duplicatus. Non enim prelato
sufficit seipsum immaculatum seruare: sed expedit ut bonos
in quantum in se est faciat uita et exemplo eos reluceat. Ad hoc
enim significandum data est tunica talaris ut benefacientes
et lucernas boni operis tenentes perseueremus usque in diem
vocationis nostre, ne dicatur nobis. hic homo cepit edificare
et non potuit consummare. Aduertere tamque debet canonici
nostri et presbiteri quod prealiis quanto maior dignitas in honore
tanto maior in reddenda ratione difficultas. quia quot
graduum culmen ascendunt, tot rationum erunt vinculis
alligati. Quis enim tot vincul alligatur quot sacerdos.

bos vel asinus latro vel leo captus. O sacerdos cum te
ipsum in diuis primo amictum faucibus circumdatis ligaris
albam postmodum pons subcinctorio vel cingulo renes astrin
gis ac si tibi dicatur astringe fauces ponendo custodiam
ori tuo. stringe funiculis amicti pectus tuum ne cor
tuum mala meditetur. Stringe renes. crucifige carnem tuam
abstinentia esce et potus quantum valitudo permittit. hoc
fratres mei dilectissimi facientes viuetis et beati eritis et bene vobis
erit. verumtamen orate illum sine quo nihil facere potestis ut
sicut elegit vos de mundo et duxit vos ad hanc singularem
et apostolicam vitam et societatem sic vos viuet ut edatis ad mensam
in regno patris sui. pensate tamen fratres mei quod quamdiu
vixerimus in periculo grandi positi sumus. ideo de
bonis suis nemo confidat. sed cogitet quod dicit apostolus
Cum quis existimet se stare caueat ne cadat. Numquid
fratres mei lucifer sic decoratus cecidit. Numquid etiam
petrus. aut quis inter discipulos xpo familiarior
iuda. et quia de se confitendo nec in bono perseuerando
permansit cecidit et crepuit et mortuus est. Rogate
ergo fratres illum sine cuius voluntate folium arboris non mouetur ut
usque in finem taliter vos in hac solitudine regat et dirigat
ut eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat. Amen.
Non turbemini fratres mei dilectissimi si compello vos vinum bibere
et panem tu tritici cum lentis butiro mixtis sil comedere. nam hodier
na die credimus filium hominis resurrexisse a mortuis. Ideo gaudere
vos oportet quia frater noster mortuus fuerat et reuixit. perierat et inuentus est.
Ad mensam ergo accedentes cum gaudio epulemini quoniam ego sum Jacob
pater seu frater vester amen.

de obseruantia vite. et moribus clericorum. et de obedientia habenda.

De obseruantia vite. & moribus clericorum. & de obedientia habenda.

Audistis in mensa fratres mei carissimi qualiter dominus precepit seruo suo habrae ut tolleret filium suum quem super cuncta terrena diligebat ysaac et offerret eum super unum montium quem monstrauerat sibi dominus, quem dicunt nonnulli esse montem caluarium in quo crucifixus fuit ille deus et homo. Series historie nuper simpliciter intellecta plurimum edificat obedientie filios. fidelis est enim sermo diuinus et efficax et penetrabilior omni gladio ancipite. Sed de modo et virtute obedientie aliquid nobis nunc dicendum est. Nam sicut obediendum est obedienter. sic et illariter: sic et uelociter. Obedientia enim sine mora esse debet. Non placet deo morosa et disceptatrix obedientia que si quidem cum precipitur querit, cur. quare. quomodo. precipiatur. Istius obedientie exquisitum nobis hodierna die exemplum proponitur habraam patris nostri. Sicut enim dicitur Senex fidelis et prima credendi via Sanctus pater habraam, sic et prima obedientie norma et forma uere apud deos esse probatur. Ecce fratres precepit ei filium immolare, Sed quem filium audi et obstupeste qui audis, filium dilectum, filium primogenitum, filium magne professionis, filium magne generationis. Dictum enim fuerat habraam In ysaac uocabitur tibi semen et in xo erit semen tuum sicut stella celi et arena maris in extrema tua senectute. Centenarius enim erat habraam dum genuit ysaac de sarra sterili uxore propria. De agar autem ancilla Ismaelem sagittarium mirabiliter promissum susceperat, mirabilius susceptum religiose educatum. Intus hec

Int' h' aut no contradixit habraa, sed nec murmura
uit, nec hesitauit, nec fatiem coturbauit, imo tanq
pater exurgens pia credulitate i filiu se armauit
ut obediret mox. Attendite uos, filij obedie qui votu
fecistis z professione. Vade, o, tu frater z fac sile. hoc
semper ad iple cogita hoc semp fatie leta fac z diues.
z erit semen tuu benedictu ultra semen habraa. veru
tamen qd maius nescio murmurat. quid affectuosius susurat.
vox ista i auribz meis. licet ei hoc tanta tpre an nos scripta
sint, tn pp nos scripta sut. q sut p allegoria dca. Discutia
mus ergo folia uinee nre ut inueniamus fructu spualis itelli
gentie, tqm sub cortice nucleu. tqm sub palea grnu. tqm sub
terra thesauru. veru ut hodierne xpi satisfaciamus ueritati
cosideremus utru ea q dca sut de pre habraa iclinare possu9
ad me Augustinu prem urm, temptemus sup hoc aliquid di
cere ad dei laude, z nram aliquale edificatione sm hebreos.
habraa sub tribz tpribz tria sortitus e noia. primo dictus. ram.
qd idem sonat qd excelsus. Dn aut adhuc esset i terra
z cogatione sua i domo pris sui ascendes i chana ad dei
inuocatione uocatus e. abram, qd idem i terpta pater ex
celsus. Tande in die circuncisionis sue uocatus e. habraam.
hoc est pater multaru gentiu. Attendatis fres z uos i prez
drm. Na primo uocatus sum excelsus phus. Era ei inter
oes magnus z noiatissimus, z liberaliu artiu sagacissimus
idagator, Excelsus inqm celsitudine mudiali, no caritatis
celsitudie ex scie que iflat, no que edificat. Nam Cedrum
odoriferam uocabat me Romani principes, folijs habudatie

sed non habebam fructum. Excelsus eram et impius super omnes
coetaneos meos eleuatus et exaltatus super cedros libani.
Et ecce accessit ad me mater pietatis plena predicatio
Ambrosij sancti viri Epi. vita et exempla sanctorum patrum
pauli et Anthonij et Simpliciani, et cum his omnibus
vox domini confringentis cedros et comminuit dominus cedrum
libani et factus est dilectus tamquam vitulus libani. i. hostia
preparata ad victimam in odorem suauitatis. et sic factus sum
pater excelsus multorum. Deinde ad affricam veni mecum
ducens decem et nouem de fratribus meis simul viuentes
in placito sancto, et cupientes segregari a seculo. Sanctus
pater valerius locum in quo sumus cupiens esse participe
fratrum orationum, nobis locum istum secretum donauit, ut
multi vestrum viderunt. Sed loco isto edificato in xpi nomine
et sancte trinitatis, pontifex yponensis factus sum, et sic vocatus
sum pater excelsus. pontifices enim fratres mei sicut vocantur
pastores gregis, ita et partes pro cura et paterna solitudine.
et tunc factus sum sicut oliua fructifera in domo dei. pre
sules enim oliue comparantur propter olei triplicem vim. Nam
oleum patrio illuminat. pascit. et membra fessa fouet. Sic
et presules illuminare debent verbo, pascere exemplo. et fouere
gentes temporali beneficio. Ego enim fratres non dico me hoc facere.
Studeo tamen sacram scripturam exponere. turrim dauiticam
clipeis fortissimis munire. munitam declarare. declaratam
ordinare. Nam quid per turrim dauiticam nisi sanctam
ecclesiam fratres intelligo. Et sic iam ab ortu, et occasu, ab
aquilone et austro, viget nostra doctrina et expositio.

Nō tñ a me sed de dono dei ꝓcedit. Et sic nō solū pr̄ gentiū
dicor, sed etiā uitis hñdans ī lateribꝫ domus dei. Cuius duo
sūt latera. s. orantiū legentiū. ⁊ ꝯiugātiuꝫ. Nā nobis q̄ estis
orantes ⁊ legentes hñdanter ꝓpinauimus doctrinā, quibus
disciplinā aplicam tradidi. Coniugatis aūt poculū uite propi
nauimus. Vobis tamen ꝓpinaui uinū feruoris, caritatis ⁊
quietis. Illis uero pacem ⁊ patientiā donauimus. Re
uertamur ergo ad historiā ꝑtaxatā que insinuat nobis tria
.s. disciplinam regularē. progressum. ⁊ exitū. Dicitur enim
nob a dño, Tolle filiū tuū quasi dicat dñs. Tu qui monacus
es, tolle filiū tuū ysaac, qui interptatur risus, hoc ē tuam
ꝓpriam uoluntatē tolle, in cuius executoe hō ridet ⁊ delectatur.
Et hec ē pa oblao quā tenetur hō deo reddere ⁊ offerre sup unū
montiū quē mōstrat nobis deus. Nā multa genera uiuentiū
demōstrat nob deus. Sed de quatuor nobis sufficiat. Mediator
dei ⁊ hominū hō xps iesus mons dicitur qui erit ī nouis
suis diebus mons domus dñi in uertice montiū. ⁊ Iterū
mons dei mons pinguis ⁊ coagulatus. porro de hoc monte
descendit ros ⁊ unguentū pro barba aaron. Omēs ei de
xpi plenitudine unguētuꝫ recipere possumus. Apli ⁊ fres di
cuntur montes quia fundamēta eius. i. ecce ī montibꝫ sctis.
Nūquid angeli ⁊ ipi montes dicūtur excelsi? porro xps qui
mons dr̄ sedens ī monte tabor. sermonē discipulis facit
enumerans septē beatitudines dicens. Beati pauperes spū
O, fres attendite quātuꝫ sit īpeditiuꝫ, q̄ graue dispendiū
īferat sancte religioni supfluitas ⁊ habūdantia rerū,
longe magis legimus in libro nre consciē q̄ possimus explicare

sermonibus. Numquid sodomitarum peccatum fuisse legitur
habundantia panis et superbia vite. Numquid angeli
se videntes habundare in pulchritudine et sapientia ceciderunt.
Numquid et patres nostri pari quasi ratione expulsi sunt. Nun-
quid et mondus submersus fuit quando habundantes et in suis
habundantiis deum non cognoscentes perierunt. Numquid
egiptii habundantes iracundia pleni facti sunt et submersi. Nun-
quid propter habundantiam ydolatre facti sunt. Numquid amalech
quia habundabat ideo invidia plenus desiuit in manu Saul.
Numquid milia de tempore dauid milia interfecti sunt. Numquid
Saul habundans superbus efficitur et eicitur. Numquid herodes
ascolonita iugulatur. Numquid herodes tetrarca sperans
in sua habundantia populo satisfacere qui credebat Johannem
esse sanctum et iustum, ipsum tamen decollauit? Cogitate ergo fratres
quid recipit olofernes. quid Cesar. quid nero. quid
valentinus. Quid ergo valuit cesari et neroni habundantia?
Quid profuit oloferno militia? Quid asuero pecunia?
et anthiochio silata et paliata penitentia? Colamus ergo
xpm pauperem in presenti, ut simus diuites in futuro. Comes
ergo diuitiarum superbia et luxuria est. Amemus ergo
o fratres summam xpi et apostolorum paupertatem, ne in nostra sancta
religione mutetur color optimus et dispergantur lapides
sanctuarii nostri. Sane enim fratres mei ex colatione aliarum
paupertatum commendatio voluntarie paupertatis plenius inter
nos relucet. Sunt enim quinque genera paupertatis. Primum est
paupertas infelicitatis. paupertas cupiditatis. paupertas sup-
fluitatis. paupertas calliditatis. paupertas voluntatis. Prima

habet mendicus. Secundam auarus. Tertiam prodigus.
Quartam compeditus. Quintam religiosus. Prima est
flagellum. Secunda uenenum. Tertia uentilabrum. Quarta
umbraculum. Quinta edificium. Prima est misera. quia
cruciat. Secunda venenosa. quia necat. Tertia ventosa.
quia inflat. Quarta dolosa. quia dissimulat. Quinta
gloriosa. quia coronat. Nec mirum si xpianus amator
sobrietatis, sobrietatem spiritus commendat. Cum epicurus
preceptor voluptatis eam commendauerit dicens, O felix
paupertas leta. nec tamen paupertas est si leta non est.
Super hanc propriam voluntatem offert homo deuotus quod
precipue fit in professione obediendi. Sequitur fratres
Strauit abraham asinum secum duos pueros ducens. ysaac
vero ligna cedrina portabat, Abraam vero ignem et
gladium, venientes autem ad montem, ligatur ysaac, super
ligna ponitur, et scita a patre dei voluntate non aperit
os suum. et extendens manum abraam audiuit, ne ex
tendas manum super puerum, sed pro ysaac, tolle arietem
unum de melioribus tuis coctis, quem inter spinas tibi
paraui. Attendamus nunc fratres. Nam quid per spinam
nisi carnem nostram intelligo, que uelut asinus domanda
est, virga. onere. et baculo. In cinere et cilicio do
manda est caro, ne impinguata, incrassata, dilatata,
recalcitret. Velut asinus qui cum domino uelut catullus
ludere voluit. Duo namque pueri sunt quinque sensus
corporis, quos tantum duos dicimus ad sensum, quia
et ad exequutionem eorum duo instrumenta membrorum mancipata

sunt. Nam et ego ut abraam in vobis et canonicis nostris
ne caro luxuriet. ne mors per fenestras intret.
duobus pueris vos sociavi, paupertate. s. et oratione.
quibus mediantibus quicquid sensus corporis extinguere poteritis.
Nam per hoc preterita mala obliviscemini. cogitationes male
non ascendant in corda vestra. affectio cognatorum non regnabit
in vobis. hec enim sunt que quotidie monachos cribrant sicut
triticum. Iste sunt mordaces cure, que sanctum viri propositum com-
burunt. Inter has vir sanctus coquitur et cruciatur. he sunt
monachorum musce mordentes et morientes que perdunt suavitatem
unguenti. hec sunt volatilia que comedunt frumentum in anima
seminatum. vos autem fratres dum hec corda vestra ascendunt, re-
currite ad orationes. vel ad operis occupationes. ne vos ser-
pentine musce deglutiant. Numquid et sic fecit sanctus
pater Anthonius, qui cum epistolas a caris suis in seculo mo-
rantibus recepisset, nullam legere voluit. sed receptas in igne
proiecit, dicens. Carte falaces estis, et plene mendatiis.
comburo vos ne comburar a vobis. Sequitur fratres
ligatur Isaac, sic et vos ligavi in hac solitudine tam
fortiter ut consuetudines vite secularis ignoretis. et sua-
vitatem sancte religionis capiatis. placeat vobis vobis
summa sobrietas. mentis tranquillitas. corporis munditia.
mortis securitas. et cuncta salutis expectatio. Solvitur
Isaac et ad matrem revertitur in bersabe. Sic et vos
revertimini soluti ad matrem que sursum est Ierusalem. Cum autem
illuc perveniatis dabit refrigerii sedem, quietis beatitu-
dinem et luminis claritatem. Amen.

De obedientia. & Vita contemplativa.

De obedientia. & vita cōtēplativa.

Audistis fres carissimi q loth nepos abrahe, inter pessimos sodomitas & gomorenses, sancte & iuste moratus est. Quas ciuitates volens subuertere dns ad seruū suū loth angelos misit, ut cū malis non periret, qui cū exiret dixerūt ei angeli. Salua aīam tuam. Vxor uero loth quia respexit mox mutata est in statuā salis. Igitur fres mei, quecumque scripta sunt ad nrām doctrinā scripta sunt ut inde fructū aliquē capiamus. In loth ei & uxore sua duo genera hominū designantur mūdum relinquentium quorum unū perfecte deserit. aliud quoque tepide & retro respitiendo non uenit ad montē. Sodoma que uel cecitas siue muta uel asperitas interptatur. mūdus est i quo sūt hoīes muti & ceci ad quos mittūtur sancti angeli. i. sancti pdicatores qui dicant salua aīaz tuā & in monte saluū te fac. Fugere sodomā quid aliud est q incendiū libidinis luxurie auaritie. superbie fugere: quibus pcipitur non retro sprospicere. quia relicto mūdo i monte scte religionis igressus non debet retro respicere. quare: quia melius esset viam veritatis non agnoscere q post agnitam retro abire. Quid ei dicere nisi q in vita seculari & laicali mansisset q post mōm solitariā vitam deseret. Apostatare ei neq est mortale est & cū dnatoe semp viuere est. Tales ei femine & vxori loth comparantur quia morientes retro aspitientes conuertūtur i statuā salis. loth pcipitur ut i montez se saluū faciat p quē cōtēplatiua uita designatur. Tu uero ho ascende i montez



penitentie, ascende in montem contemplationis. in hunc montem
te saluum fac. in hunc montem uolando transmigra sicut
passer. et ibidem salua animam tuam, curis et seculi digni
tate denudatus. Sic enim fecit gloriosus ille adolescens
anataniel, de quo legitur. ait enim magister. quid faciam ut
habeam vitam eternam. Cui dominus. Si uis ad vitam eternam
ingredi, serua mandata. Cui adolescens. Que sunt
mandata. Cui dominus. Diliges dominum deum tuum ex toto corde
tuo. Non homicidium facies. Non adulterabis. Non
falsum testimonium dices. Non facies furtum. honora patrem
tuum, et matrem. et proximum tuum sicut te ipsum. hec omnia
ad tuam vitam pertinent. Cui dixit adolescens. Domine
hec omnia custodiui a iuuentute mea. Quid mihi adhuc
deest. Ait dominus. Si vis perfectus esse, vende omnia que
habes, et da pauperibus, et sequere me. Et sequutus est
Jesum adolescens ille, numquam retro respiciens. postmodum
relinquens patrem et matrem, uxorem, filios, et sorores, et
animam suam. Tunc prudens adolescens montem dei as
cendit, Sodomam et gomorram reliquit. Incendium libidinis
fugit. curam seculi suffocauit. et montem summe contempla
tionis ascendens emit in agro thesaurum absconditum,
carum eum tenens in vita sua. Similiter hic idem fecit
petrus qui voluntate omnia deseruit, omnia relinquens
et secutus est Jesum. Sic et maria illa lazari soror
cum lazaro fratre suo, et marta virgine prudentissima
qui omnia uendiderunt et ante pedes apostolorum posuerunt.
Sic et elye facere placuit. et Johanni zachariae filio

qn̄ heremū intrauerūt. Sic fecit ⁊ paulus cū anthonio
qn̄ annis multis heremū coluerūt. Sic ⁊ frēs mei q̄ꝝ
sanctorum patrum vitam ⁊ exempla imitari ⁊ seq
voluerūt. Numquid nos ⁊ hoc idē optamus. et enim
i seculo sumus semp̄ tn̄ ut incepi vobiscū ēē i solitudine
desideramus ⁊ ondimus ope qn̄ epāli ecc̄a nō sumus
grati uel grauati. Eya ergo frēs pro iugo dei submissi
estis ut sublata licentia peccandi cathena obedientie
i ꝓposito bono ⁊ retineri possitis. Sed attendite fratres
mei leticia cordis mei q̄ nihil proficit bene opari ex
coactione nisi ex voluntate libera faciatis. Qui enim
benefaciūt coacte, deo nō sūt accepta q̄ faciūt. Et
symoni cireneo quē iudei angariauerūt ut crucē xp̄i
portaret optime comparātur. Ecce enim symon crucē
portat cū dolore, q̄ nō libēter portat. Angariatur, s̄z nō
moritur in ea. Ideo nō ꝑseuerando fugit, ⁊ sine fructu
a cruce ⁊ recedit. quia nihil boni dicitur nisi usq̄z ad
mortē in bono perseueretur. Sic ⁊ nos crucifigimus
corpa uerberibus. uigiliis. abstinentia. esce. ⁊ potus. Sz timeo
ne coacti hoc agamus. ⁊ corpa saltē macerātes mūdo
saltē voluntate iuuamus. Jo frēs mōtez obediē ascēdamus
⁊ qd̄ deo ꝓmiserimus attēdamus. Nihil est ei melius obediā.
nihil peius inobedientia. Adā periit qui inobediēs fuit.
xp̄s resurrexit qui p̄ri obediuit. Jonas inobediēs a pisce
absortus est. Saul inobediēs a demōe correptus est. A
qua correptōe liberet nos ipe xp̄s ut digne ad mōtez
contemplationis volare possimus. Amen.

nō

nō

Ad pbros. de vita Conuersatione Moribus & Conditionibus Clericorum.

Ad pbros. de vita. conuersatione. moribus. & conditionibus clericorum.

Fratres carissimi ut nouit caritas uestra oz manum mundam esse que poluti vasis maculas dz purgare ne deterius poluta possit coinquare, cum sordida sordidum tractet. ppea sacerdotes altissimi dei vobis dicitur Mundanum qui fertis uasa dni. vos enim estis qui vasa dni ferre debetis. quibus datum est nosce misterium regni dei. vos estis sal terre. lux mundi. lucerna accensa. ciuitas in monte posita. columna templi. lignum scientie in medio paradisi positum. patroni et rectores terre. angelorum et paradisi ciues. prophetarum filij. patriarcharum cognati. apostolorum successores. Mundanum ergo ut digne cum patribus ferre possitis uasa dni. vasa enim sunt non solum aurea. sed etiam illa pro quibus redimendis dns mori dignatus est. preterea attendat caritas uestra quales esse debeatis. ut digne portare possitis vasa dni. Ait enim apostolus. Oz epm sine crimine esse tanquam dei dispensatorem. non proterum. non iracundum. non violentum. non percussorem. non turpis lucri appetitorem. Hec autem ego epus seruare debeo. Sed et uos vna mecum deo auxiliante obseruare debetis per omnia sine crimine sicut epm iubetur esse pbrm. i. irreprensibilem. ut non querat vxores. diuitias. non honores. non secularis dicatur. Non enim debet qui animarum curam gerit transire de domo in domum. non frequentare forum cum rusticis. non mercantias acquirere. non comatres procurare. non ligonizare. non tabernas intrare. non discurrere nisi necessitate compulsus. Sic enim facientes irreprehensibiles

sunt apud homines. Sic vasa dni digne portare poterunt.
Et si contrarium fuerit (quod deus auertat) quo poterit
auferre malum de medio omnium si in delicto simili corruerit
uel maiori. Non enim talis dispensator dr, sed potius dissipa
tor. Aliud est enim fres mei dispensator. et aliud dns.
Dispensator enim seruus est. Non ergo licet dispensatori
percutere seruos. non occidere. non iracundiam portare.
quia dns eius humilis est. benignus est. misericors est.
Non ergo licet dispensatori furiosum esse. Nihil enim fetidius.
nihil damnosius. nihil leuius. nihil turpius in pastore
furiositate. Attendat igitur pastor. attendat et dis
pensator quod legitur. Seruum dei non oz rixari, sed
humilem ad omnes patientem esse doctorem in mansuetudine
erudientes eos qui contra monent. Dicat ergo pastores
si offenduntur. patiens ero, ut et ego patientiam merear.
Oz etiam pbros non solum abstinere a rixis, sed ab ebrie
tate cauere. Non enim decet clericum bibere uel extra horam
aliquid manducare, et de domo in domum transire, et
prandium uel cenam ordinare. Attendite pbri mei, atten
dite, et si veritatem dico, nolite turbari. Nam ualde
despicitur clericus qui sepe vocatus ad prandium, non
tenuisat, etiam necessitate aliquali compulsus. Sepe enim
in cena uel prandio ubi magna extitit multitudo, rixe
et ebrietates, et ea que sunt opera carnis non desunt.
Ideo summe cauere debet clericus ne extra domum suam
uel epi audeat prandere, uel in eadem secularibus
cenam preparare. Quid etiam aliud here debemus nisi

q turpis lucri appetitores nō sumus. Omē ēi lucrū remotū
a pbris ēē debet. nam nō seculi, sz eorū que dei sūt nego
tiatores sumus. quod vtinā tamen essemus, o, sacerdotes
mei, Centū quadraginta hic ī domo rectū reclusi sum⁹,
Seculares ad nos venire nō pnt: nūquid uel intelligē
absit. Sermonē nrīn audire voluistis z amisso den
tium dolore uolui hrē uos, non ut bonos uos ēē audiatis,
sed ut veritatē loquēdo nrām miseriā itelligatis, Quid
ēi estis. dicetis pastores sumus. Ego aūt dico q pastores
estis verum est q dicitis, sz qui pastores uel quales
dicē non audeo, quia sil' uobiscū mendax, omēs pctores
sumus, omnes ī pctis nati z concepti sum⁹, omēs in
pctis viuimus. Expedit tn ut verū dicā, quia epus sū.
quia pastor sū. quia p uobis aīam ponē paratus sum.
Tacere igitur non debeo, quia licet pctor sim, aīaz tn
p vrā salute ponē iam decreui, iam paraui. verū tn
dicā, z omne quod uerū est, a quocūqz dicat, a deo
est, a prē, z filio, z spū scto est. verū tamen dicere
expedit, nō occultare nā si verū tacerē eēm similis
vobis in cunctis quod uolo. Si ēi deus mecū, quis contr
me. Numqd fortunatus, uel arrius cū suis insidijs.
Nam quia verum eis dixi ī heremo īsidias mihi po
fuerūt, uolentes me compndere, z occidere, z tamen
deus me liberauit. Libenter tamen suscepissem mar
tirium, z etiā pro veritate mori paratus sū semper.
Audite g° rebelles. Audite lupi rapaces. Audite derisores.
Veniat. ueniat etiam ille sanctus ezechiel ezechiel.

qui portas clau

qui portam clausam uidit in domo dni surgat et nobis
aperiat visionem de uobis quam uidit et palpauit. Dic
dic, o, scte ezechiel dic presbiteris meis. Ait sibi dns.
fili hominis propha de pastoribus isrl. dic ad eos. Veh pas
toribus qui pascebant semetipos. Nonne greges pascuntur
a pastoribus. lac comedebatis, et lanis opiebamini. quod
crassum erat occidebatis, gregem aut meum non pasce
batis. quod infirmum erat non consolidastis, et quod
egrotum erat non sanastis, et quod perierat non
quesistis, sed cum austeritate improperabatis eis, et
cum potentia, et disperse sunt oues mee, sed ego super
pastores requiram gregem meum et de manu eorum.
Ecce quo de vobis conqueritur dns, quia non pastores
estis sed lupi rapaces. quia oia que facitis, quasi pp lucrum
facitis. non solum que ecclarum sunt queritis, sed et que
mundanorum. Ecce ei discutiamus mentem, perquiramus
veritatem. Numquid missam cantare. numquid baptizare.
numquid mortuos sepelire sine pretio uel promisso
dignamini. Numquid citius mortem diuitum quam corporis sa
lutem desideratis uidere. Ecce quo lupi estis. ecce quo
omni symonia infecti estis, O, sacerdotes quid agimus,
quid sumus. cur tantum dormimus. Ecce latro semel
furatur, sepe fenum proximi tollit uel rapit, sed si
capitur blasphematur et verberatur pp furtum ipositum
et tanquam latro iudicatur ad mortem, O, sacerdotes, si
fenum in laico iudicatur crimen, si pp hoc mori debet
et condemnatur ad mortem. quid de nobis faceret mundus

si super nos potestatem haberet. quid de nobis erit in die
novissimo. Quapp tenete iusticiam. nolite lucrum facere, sed
habentes victum et vestitum per omnia contenti esse debemus.
Sed qui laborat, vel predicat, vel baptizat, ut inde lu
crum acquirat, bonis celestibus de facto se privat. Ecce
enim Romani principes, quantum necesse eis fuerat de divi
tiis suis, tantum recipiebant, aliud quoque pauperibus erro
gabant, et iusticiam mirabilem observabant in cunctis. propter que
et alia bona, que faciebant, et servam iubebant, me
fuerunt magnifico imperio sublimari, et timeri a
cunctis in orbe. Ecce enim pagani erant, et stultissimum putabant,
pro deo colere crucifixum, et tamen deum suum timebant.
Et nos qui nomen xpi in fronte portamus, quid aliud
quam simoniam et latrocinia procuramus. Ego etiam infidelis
eram, sed non solum a Cartaginensibus, sed et a Romanis
acutissimus reputabar, a cunctis copiosa turba circumda
bar frequenter, et me transire videntes et audientes
manum suam ori ponebant. Cive Romanorum nunc tribu
norum caput me fecerant, et uxorem, pontiani filiam, pul
chram, virginem, prudentem, ditissimam, et valde mihi equa
lem parauerant. Audeo enim dicere, audeo et hoc asserere,
in nullo me mutatum fuisse, omnia contemnens, cuncta
que promiserant spernens, divitias abhorrens, ci
vitatem caute relinquens, fugiens mediolanum, uxorem
non querens, cogitans nihil penis habere quam consortium
mulierum, et societatem. Hec omnia servus, iniquitatum mearum
facere nolebam, qui tamen nunc servus, ea que diximus,

et maiora temptor hic frequenter. Nos autem fratres qui in
pugna semper fuimus licet temptemur ad mundum redire
uxorari et negotiari delicate viuere triumphalem cathe
dram etiam ascendere caueamus ne cum mundo damnemur.
Vos enim estis dii excelsi in quorum synagoga deus deorum
stare desiderat. Vos estis eius vicarii quia vice eius geritis.
Vos estis filii excelsi omnes quibus datur potestas ligandi
atque soluendi aperiendi etiam celum et infernum claudendi.
Eya ergo sacerdotes dei excelsi aperite aures cordis
vestri quiescite iam agere peruerse discite benefacere
pascite oues verbo et exemplo. Nolite eis celum claudere.
Clauditis dum non corrigitis. Clauditis dum male viuentes
eis ostenditis. Oculus sitis ceco et pes claudo. Tunc enim
oculus estis ceco cum ignorantie eius tenebras effugatis.
Pes estis claudo quando viam veritatis demonstratis vel
quando fidem eorum roboratis. Sed si fidem vestram pro vobis
roborare nescitis quomodo aliorum fidem roborabitis? Si cecus
etiam cecho ducatum prestet numquid ambo in foueam cadunt?
Et ideo attendite ne turbemini si veritatem dico vobis.
Scio enim et bene scio quod vobis amara est veritas. Quare
nisi quia si veritatem dico non creditis in melius non
mutamini. Amara est ergo veritas et qui eam amant
et predicant sepe replentur amaritudine et dolore.
Tacere tamen non audeo nec vobis placere intendo quia
si hominibus malis placerem seruus dei non essem. Vultis
ut placeam desideratis ut diligam tamen non vultis
ut corrigam. Obsecro tamen vos ut vitam emendetis

corrigendo auaritiam. despicientes luxuriam. uitantes superbiam. simoniam odientes. pauperes amantes. pompas huius seculi renuentes, pro nobis intercedentes. sine intermissione orantes, ut ego una vobiscum vasa dni digne per gratiam merear portare. Et si quis de me murmurauit, sciat q de pre epo murmurauerit, parcatur illi, et oretur pro eo.

de moribus. et vita clericorum.

De moribus & vita clericorum.

Nolite putare fres q alienum vobis sumpserim exordium. Si enim dissimulare no multis qui iudicatis terram porro pater oe iudicium dedit filio, sed peregre profectus sedens in gl'ia dei patris duos sub se iudices ordinat. Inferius s. iudicem poli, cui dixit. quodcumque ligaueris sup terram, erit ligatum et in celis. et iudicem fori, cui dixit. discerne causam inter virum et uirum. Sic g° iudicat pctores mittens eos ad uitam eternam iudex poli. Sz iudex fori iudicat homines terre. Iudex poli ht iudicare inter sctm et pphanum. inter culpam et penam. interque deum et pctorem sinam iudicat et dat. Sz iudex fori siue seculi, ht iudicare inter virum et uxorem. inter causam et causam. Ecce fres quanta dria est inter terrena et celestia. Attendite g° uos oes tam pntes q abntes quam ad vos hodie ppha clamat. Erudimini, qui iudicatis terram. nolite tn applaudere vobis fres sup verbo eruditionis ac si liceret mo uobis erudiri. Erudiri ei ppe est adiscere. No aut licet ei addiscere qui ex offitio tur docere, no solum doctrina, sz vita et exemplo. No ei manum dz supponere ferule magri qui iam sedet in cathedra moysi. Sit g°

no.

vobis sensus et intelligentia fres. Erudimini .i. estote eruditi
.i. ex omnem eruditionem positi. Est enim duplex ruditas, mentis
.s. et corporis. Ruditas mentis, est ignorantia. Ruditas
corporis, est immunditia. Utrumque est aut utriusque sapiam
hre. s. munditiam corporis, et eruditionem mentis. Estote ergo
mundi vos qui fertis vasa dni. Nam vobis dicitur. Vos
estis sal terre pp sapiam. Vos estis lux mundi pp munditiam
ut luceant opera vra bona. De sapia vero vra scriptum
habetis. Labia sacerdotis custodiunt sciam, et legem requiram
de ore eius. Angelus enim dni exercituum est. De munditia
vero vra scriptum est. Expiabit aut immundum mundus ho.
Non enim sufficit vobis unam virtutem sine altera servare.
quia nec munditia sine sapia. nec sapia sine munditia
sufficit. Numquid in tota reda una tm rota sufficit
sine altera? Numquid ad ambulandum pes unus sufficit sine
altero. Attendite fres quod sapia sine munditia est velut
panem de farina producere sine aqua, et velut lucerna sine
lumine. et sicut cibum sine sale comedere, quemadmodum in trac
tatu nro de caritate mri nre tradidimus. Quod non aditum
qui iudicatis terram, non tm sbalr, sed tpralr et intelligendum
e. ac si diceret. Tunc maxime eruditis si iudicatis terram. Ibi enim
maior cautela adhibenda e et diligentia, ubi nulla opi
tulatur doctrina. Non enim in decretis patrum expresse exara
tum est de iuditio penitentium in aliis que ad vos spectant
hentis sufficientiam scripturarum, cui semper vos et fres nros
intendere volumus, tamquam lucerne in tenebroso loco, que non
patitur aliquem deviare. Tria enim precipue ad canonicos

et pbros spectat. s. forma viuendi. ordo ministrandi. et modus
iudicandi. De forma viuendi hetis regula quam in monte primo
prout potuimus fratribus nostris condidimus iuxta apostolicam formam. Ibidem
ut et vos nostis docemur quomodo deus et proximus diligatur.
quibus horis et temporibus legere et psallere et manibus operari
debeamus. et quomodo unum sentire et omnia simul possidere in domino. hoc
autem solum non sufficit. Sed attendite vos qui inter gentes con
uersari debetis, quomodo in cunctis caute ambuletis. Nam vita nostra
circumcisa esse debet. non enim sufficit clerico, ut quandoque declinet
a malo et faciat bonum, sed studere debet ut semper sint candida
vestimenta eius. Tradita est ut s. diximus forma et modus
viuendi, quomodo etiam verbo et exemplo circumcisi esse debemus. Circumcisus
est enim abraam senex, et puer iesus, ut per hoc intelligatis fratres
ut vos, et senes, et pueri sitis. Senes, in quibus viget
prudentia. pueri in quibus viget humilitas. Nam nisi con
uersi fueritis, et efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in
regnum celorum. Accipiatur est enim valde humilitas, sine qua nemo
potest saluus fieri. Nam plus deo placuit virginis humilitas
quam eius virginitas. Numquid sine virginitate potest quis
saluus fieri? Numquid petrus et multi alii? sed sine humilitate,
nemo paradisum intrauit. Beatis ergo fratres beneficio virtutis,
quod paruuli habent beneficio etatis. Nam dominus intellectum dat
paruulis. vos quoque qui nostis litteraturam et introistis potentias
domini, audiatis circumcisionem vite vestre. Nam si ascenderit in cor
vestrum prima cogitatio subuertatis eam sub pedibus vestris et allidatis
eam ad petram. Auerte oculos tuos ne videant vanitatem.
obtura aures tuas ne audiant vocem incantantis. prohibe

linguam tuam a malo ne labia tua loquantur dolum. In chamo
et freno maxillas tuas constringe, ne in te regnet crapula
vel libido. Sint lumbi vestri precincti in fortitudine. pedes vestri
in compede sapientie. Si videritis furem non curretis cum eo. et
cum adulteris portionem vestram non ponatis. Non glorieris
sacerdos si sanguinem non fudisti. dicens rem alienam non
rapui, sed excussi manus meas ab omni munere. Non sufficit
adhuc christi sacerdos etiam si hec omnia a pueritia tua servasti.
Cave etiam super omnia cor. quoniam leo circuit querens semper quem
devoret. Numquam ipsum dormire vidimus. numquam ipsum quiescere
prospeximus. numquam nos amare audimus. numquam ipsum desistere
scivimus. nam sapiens est iste leo et fortis. Expertus est et sapiens
quia optime novit omnia, celum et terram penetravit, et profunda
maris prospexit. Abissus inferni apud ipsum est. quia ipse
princeps tenebrarum dicitur. Optime etiam novit proprietates hominum
et diligenter concludit quod ex actibus frequentatis habitus
de facili generatur. porro vigilate fratres et sine intermissione
orate, non intermittendo tamen horas regulares. Octo enim
sunt regulares hore, sicut in monte fratribus nostris tradidimus.
quarum numerus ab exodra sumpsit exordium. legimus enim
quod exodras in diebus senofegiarum legit legit super pulpitum
legem domini, quam reparaverat audiente universo cetu
israel. legebat ei quater in die, et quater in nocte, leviticis
facientibus silentium in populo, et per singulas lectiones super populum
fiebat oratio sacerdotum. Nos autem et si octies psallimus,
non tamen nisi semel in nocte tantum, quia media nocte
surgebam ad confitendum tibi, sed noctis medium est quicquid

est inter crepusculum et diluculum. Septies in die psallimus sicut
scriptum est. Cause vero psallendi in his horis septem sunt maxime
in evangelio. Nam media nocte psallit ecclesia, quia media
nocte xpus natus est, quando pastores custodiebant vigilias suas
super gregem suum. Media quoque nocte etiam xpus resurrexit.
quod prefiguravit sampson quando portas gaze civitatis tulit
in supercilium montis. Media etiam nocte veniet dns ad iudicandum
quando clamor factus est, ecce sponsus venit, quod prefiguratum est cum
exterminator angelus percussit primogenita egipti ab homine
usque ad pecus. Diluculo celebrat ecclesia laudes matutinas
quia tunc notificata per angelos resurrectione reddita est discipulis
ad matutinum leticia. Hora prima psallit ecclesia, quia tunc
traditur dns pilato. Eadem etiam hora apparuit post
resurrectionem. Vii discipulis piscantibus stans in littore
maris, et dicens: pueri numquid pulmentum habetis. Hora
terciarum psallimus. quia tunc xpus lingua iudeorum cruci
figitur. Eadem hora in sancto penthecostes in cenaculo super
centum viros, et super mariam matrem Jesu, et super viginti spus
sanctus in linguis igneis descendit. Hora vi^a psallimus,
quia tunc dns super lignum crucis extensus est, et aceto potatus
est, et tunc tenebre facte sunt super universam terram. Hora
viii^a psallimus, quia tunc dns inclinato capite tradidit
spiritum, et lancea perforatus est, et tunc duo sacramenta propinavit
nobis nostre salutis. Tunc velum templi scissum est, terra
mota est, petre scisse sunt, monumenta aperta sunt. Hora
vespertina psallimus, quia tunc dns corpus suum et sanguinem
sub specie panis et vini discipulis in cena tradidit. Eadem hora

in fractione panis cognitus est a discipulis. Hora completorij
psallimus, quia factus in agonia, et prolixius orando factus
est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentes in terram.
Eadem quoque hora valatus est a custodibus, et eadem hora
ianuis clausis stetit in medio discipulorum, et dixit eis, pax
vobis. Verum tamen fratres scitis quomodo et quando psallere debetis.
Verum tamen est diligenter considerare qui in seculo estis de
modo iudicandi. Arbitria enim sua nec tempus satisfactionis
est expressum. Scire tamen debetis quod apud deum plus valet
mensura doloris quam temporis. Ecce ovis et ovicula sedet ad
pedes sui confessoris confitens peccatum flens et gemens tamquam
conscia erroris ut aperiat coram domino os suum, et expectans
ius iudicium per os tuum, quid incumbit tibi agere, o, sacerdos
dei summi, primo enim tibi duo occurrunt, exortatio .s. et
confortatio. Aspice peritum medicum in suo primo ingressu,
ostendit faciem letam, illarem, et iocundam, vocem sanitatis
confortando emittit, plaudet manibus, se amplius non venturum
non promittit. Tandem infirmitatem cognoscens curat adhi-
bere remedia, o, sacerdos, numquid medicus animarum tu es?
Numquid medicorum medicus? Numquid regum rex? Nun-
quid ianitor celi? Numquid celorum cuius? Numquid cuncta
tibi obediunt? Numquid angeli honorem et reverentiam
tibi exhibent? Numquid te demones timent? Numquid
te, et per te fugiunt? Numquid virtutes et elementa tibi obe-
diunt? Numquid super principes mundi veneraris?
Numquid per te deus pius et misericors fit? Numquid per te
mutatur ipse deus, deus deorum dominus? Numquid per te loquitur

Aliquid per te ulciscitur. Eya ergo medice animarum ex quo tantis
donis es perdoratus, et te ipsum regere nescis, aspice corpus
medicum, et disce quid agat, et tunc fac similiter. Conforta
eum ne desperet de multitudine peccatorum, de enormitate commissi,
propone ei exempla de petro, qui, presente domino, negavit
dominum. predica paulum persecutorem, quomodo nunc sit vas eller-
tionis, dic de iuda qui a magistro tot beneficia susceperat.
dic de maria magdalena. dic de cananea et samaritana
que quinque viros cubando cum eis interfecit, dic quomodo liberatur.
quomodo maria apostola apostolarum efficitur. quomodo latro primo
paradisum ingreditur. Et post hec breve fac exorta-
tionem et dic. Effunde fili tamquam aquam cor tuum coram domino.
Interrogandi sunt etiam peccatores si necesse est a casu vel deli-
beratione vel subiectione vel propria malignitate mentis,
vel si peccatum fuerit seminatum, vel innatum, porro si natum
fuerit gravius penitebit. Sic enim iudicavit dominus peccatum
angelorum in celo. Crimen vero seminatum iudica reme-
diabile, licet totam massam corrumpit. Hec tamen nota te cum
homine docet et fortius est extinguere. Efficacius enim corrum-
pit aera lutum fecis quam lutum platearum. Illud primum vitiosum
a natura mala innatum est. Illud vero malitiose inductum
est. Sunt autem quidam qui furantur necessitate compulsi, aliqui
cupiditate. primis est miserendum, et pro eis rogandum.
Sed cupiditate ducti nullatenus miserendum. Aliquid viro
clarissimo macedonio pro lege formam dedimus, quod non
dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum. Nemini enim ex
amicitia parci debet, nec ex odio quis ledi debet.

Nam omnia abscondita, manifesta sunt illi qui super omnes est. Discant tamen bene vivere, et sancte, antequam confessiones audire presumant, ne dicatur, Medice, cura primo te ipsum. Attendant enim et sciant quod veniale peccatum in plebe, criminale est in sacerdote. et quod erroneum est ovi, per hemptorium est pastori. et quod mortale est subditis, mortalissimum est prelatis. Attendant autem omnes quod quibus multa dantur, ab eisdem multa requirentur, et requiruntur ab illo qui venturus est iudicare vivos et mortuos, et secundum per ignem Jesus Christus filius dei vivi.

nota tu confessor

De prelatis bonis et malis et quomodo ecclesia est et dicitur Navicula.

De prelatis. bonis. et malis. et quomodo ecclesia est et dicitur navicula

Ad tres carissimum tria refugia dominum salvatorem habuisse testamur, montem videlicet, desertum, vel navim. Quotienscumque a turba opprimebatur, aut montem, aut navim, aut desertum intrabat. Nunc autem videns turbam discipulorum credentium, videns turbam infirmorum sanitatem querentium, et videns turbam infidelium signa querentium et miracula, videns etiam turbam querentium et scientium quia virtus exibat de illo et sanabat omnes, Ascendit in montem tabor dicens. beati pauperes spiritu, non necessitate sed voluntate. Beati mites, fortes in tribulatione et patientes. Beati qui lugent, non mortem parentum, sed sua scelera et peccata. Beati qui esuriunt, non aurum, sed iusticiam, quoniam ipsorum est regnum celorum. Et post hec descendit de monte et naviculam intravit et sequuti sunt discipuli, et ecce tempestas magna facta est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus.

Saluator aut dormiebat. Multa ei i terra saluator discipulis
ondit. transit tn nunc ad mare, ut z ibidem maiora et
excellentiora opa demostraret. Ingressus est nauicula
z statim fecit mare turbari ut maris terreqz dnm se
demonstraret. mox comouit ventos. mox concitauit
fluctus ut discipulos poneret i timore, suumqz auxiliu postu
larent, z sua potentia demostraret. Illa ei tempestas no
ex se orta est, sz ab illo qui producit ventos de thesauris
suis qui terminum mari arena constituit. dixit ei mari
dns, usqz huc veniens, z no aplius. In te ipo constringet
fluctus tui. Ipe idem fecit tempestate i mari no pua
sz magna, ut opus magnu onderet, Et du mergi cepis
sent clamauerunt discipuli saluatore excitantes z dicentes,
dne saluanos, perimus. z clamantes discipuli tranqllitas
facta est magna. Sed nunc reuertamur ad nos, o, fres
dilectissi, nam hec nauicla ecca scta est, q discipulos xpi
continet: Mare aut quid aliud qm mondus. na sicut mare
statim eleuat undas suas, z statim deprimit eas, sic z
mondus eleuat cito suos ad sublimia, z cito deprimit eos
ad infima. Ecca enim uel ipi amici dei nauis facti sunt qui
uiuendo i tanta tempestate positi sunt ut deus eorum qui
dormire uideatur, sed fidelis deus no pmittit suos cadere
qz du in tempestate maris optime sunt z eleuat iacentes
z imperat ventis, hoc e diabolo z mari, hoc e flis
xpianis, z tranquillitate recipiunt serui dei. licet enim
alma mater ecca tempestate recepit, licet submergi
uideretur a multis, licet passa fuit multos defectus, nunqm

tu defecit, nunquam tu in profundum descendit, nunquam hec navicula
submersit in profundum sicut lapis. Ecce enim tempore apostolorum Ste-
phanus conculcatur et lapidatur. Conculcatur ecclesia. dispergu-
ntur discipuli. ligatur petrus. decollatur paulus. Jacobus
occiditur. clemens submergitur. linus despicitur. sixtus
ad tormenta ducitur. laurentius comburitur. ecclesia depauperatur.
Nunquam tamen hec navicula submergitur, sed semper prosperatur
in cunctis. Quare hoc? nisi quod dominus supponit manum suam,
et cum ceciderit non collidetur et non destruetur. Vos vero
pastores quibus datum est nosce misteria regni dei
vos et remigatores et conductores huius navicule si fideliter
eam conducitis gaudete si propter eam patimini, quia beati, quia
iam sponso coniuncti, iam cum xpo glorificati. Igitur hete
de hac navicula diligentem custodiam, nolite timere, quia
cum ceciderit non collidemur, quia dominus super nos posuit
manum suam. O, pastores quibus datum est pro hac navicula labo-
rare, estote fortes, estote in bono perseverantes, estote
ipsius navicule defensores, scientes quod dum vixeritis in
mari collocati estis. Naturale enim est quod mare illud quod
non placet ei proicit a se, tenere non potest, nisi quod sibi
placet. Ergo tu pastor qui in mari et mundo positus es si
hanc naviculam bene ducere volueris, si iuste vivere,
si iuste corrigere ne in manibus tuis submergatur
ista navicula. scias te multa pati te multa portare oportet,
multa sustinere opprobria, irrisiones, contumelias, terrores,
et forsitan a fratribus et domesticis non solum verba sed verbera.
Hortor ergo te, o pastor quod licet mundus te proiciat,

licet mare te despiciat, deprecor te ne mireris. rogo ne
turberis. sed toto affectu deprecor ut consoleris. Naturale
e ut sup diximus q mare mortuos a se proiciat, et qd dis
plicet non teneat. Sic ei mondus facit, nam illi qui mor
tui sunt sibi tene no pot quia graues boni sunt malis
ad videndum eos et tq purgamenta domorum et mondi hui9
boni i mondo reputati sunt. Tu uero pastor cu despici ui
deris, caue ne defitias, ne timore ductus zeleris fatientes
iniquitate ipi mox tq fenu arescent velociter et defitiet
cu dolore et anni eoru erunt plenu gemitib. Noli ergo
zelari fatientes iniquitate, tunc enim zelas, qn subditos
male opari pmittis. qn eos corrige negligis. qn male ui
uendo te ipm exemplum ducis. Caue ergo et dilligenter
attende ne zeleris fatientes iniquitate, Sciens enim q tales
mare velut pro termino arena hnt, que sterilis est
et grauis, sic et ipi sunt graues et sine fructu. Ideo noli eos
diligere, noli eos timere, quia dns supposuit manu sua
in te. Noli desistere benefacere, noli etiam corrigere uel
parere odio, amore, precio, timore, uel pcibus ductus.
Attende ergo, o, pastor attende et diligenter attende
q i tempestoso mari positus es, in tempestate no modica,
collocatus es. In aduersite, i dubio, i uento ualido et
mortifero, vigila ergo, ne tu cu omnibus submergaris.
Esto nauta fortis, esto nauta virilis, et emiga valenter,
excito verbo et doctrina et emigantes. Inducas eos ad
bene operandum. Inducas eos ad obediam. Esto prudens
tempestas ei magna est. Noli g° quiescere, noli aliqro,

dormire, quia tempestas est, quia nox est, quia in mari
isto nulla securitas est. Numquid vel in celo fuit? nu-
quid et angelus inde cecidit sub presentia deitatis? Numquid
etiam adam de paradiso voluptatis? Numquid et Judas de
scola veritatis? Nolite ergo pastores dormire, nolite
securitate confidere, etiam cunctis bonis decorati. Ecce
enim hodie discipuli cum Jesu erant in mari, et ipso presente tem-
pestatem passi sunt. Et ideo fratres et pastores, contenenda
est temeraria securitas multorum quia ita securi sunt
in hoc mari, ac si iam pervenissent ad portum, et ita
iam securi sunt in bello, ac si iam triumphassent in celo. amen.

De pastoribus & prelatis & conditionibus eorum.

De pastoribus et prelatis et conditionibus eorum.

Decet pastores, fratres carissimi et dilectissimi, oves pas-
cere. manutenere bonos. conservare fideles. amare
obedientes. severitatem ostendere malis. clementiam et pietatem
bonis. corrigere delinquentes. Decet etiam pastores ecclesiarum
primo facere et postea alios docere. Decet etiam plus deum
timere quam homines. quod si contrarium fecerint sciant se parere
iniustitiam, concipere dolorem, et parere iniquitatem. Tales sunt
pastores mendaces conculcantes ecclesiam, peccata diligentes,
odientes dei precepta, marsupia plena convivia magna
et precepta regalia adamantes. Sermo etiam dei adversarius
est eorum, obturantes aures suas ne audiant. Non enim
decet pastores facere talia, nec adamare, sed quid nisi
ut sint malorum dissipatores et verborum dei adamatores.
Sermo enim dei adversarius malorum est. Sed si pastor vel
fidelis, adversarius fuerit iniquitatis sue, dei sermo, amicus

no

est suus. homines enim et iumenta saluare cupit deus, quia
utrumque fecit deus, sed iumentorum salus temporalis est
quia non dimittit ea perire super terram, sed salus
hominum temporalis et eterna, quam salutem pastores toto af-
fectu postulare pro se et omnibus debent. Sed ubi iam
estis, o, ecclesiarum columne, ubi nunc estis fontes sanctitatis
et lacrimarum, ubi nunc estis pastores viri veraces, sancte
fidei defensores. ubi nunc estis forma sanctitatis, et norma.
quibus agricolis loqui nescimus pro eo quia vineam
destruxerunt tamquam aper de silua. Mortui enim sunt veraces
viri pastores, et orphani facti sumus iam absque patre,
A seculo enim migrauerunt, quos sequuti sunt lupi rapaces
in terra, Clauis enim nostra, et hereditas nostra in manus inimi-
ci, et non est qui bonum facere possit Mortui sunt enim veri-
tatem loquentes et nuper venerunt fures veraces et latrones,
Non est qui loquatur pacem cum proximo, sed mala portantes in
cordibus suis. Migrauerunt patres, et ecce mortui sunt,
et mercenarii venerunt et leones et magnifici aggressi
sunt nos. Eya ergo pastores considerate que dico, et
sine mora dicetis, vera sunt que loquitur. O, agricole
vinearum quid agitis. O, maris naute quid cogitatis.
quid dormitis. An ignoratis quod repleta sit terra
malorum. leuate igitur capita vestra, considerantes et
videntes quomodo in agro dominico iam creuit fenum zizania
et falsitas, quomodo iam nate sunt spine diuitiarum et uber-
tatis. quomodo iam creuerunt tribuli superbie et vanitatis.
Eya ergo pastores remigate valenter. siccate fenum

zizanie, spinas diuitiarum incedite. tribulos superbie eradicate. Semina spargite, odientes malum, adherentes bono. Non nos teneat mondanorum aduersitas. non minarum tempestas. non subditorum largitas. non bellue marine voracitas. non magnorum timor uel pauitas. Sed si malorum hominum habundauerit iniquitas, semper in vobis ferueat caritas. Decet enim pastores mortuos esse mondo, quia bene agere uolentes, scient quod tribulatio et angustia non deficient eis, sed dominus ille qui sanat contritos corde, et alligat contritiones eorum mittet auxilium de sancto. Vana est enim salus hominis. Que enim est hec salus nisi spes quam habet homo in homine. Maledictus est enim homo qui sperat in homine. Ille etiam maledictus est pastor qui minus deum timet quam hominem. Eya ergo pastores, estote fideles deo vestro, scientes, quia modo est tempus hyemis, gloria vestra nondum apparet. Nam sicut arbores tempore frigoris steriles esse uidentur, ita et boni. Sed cum venerit estas transibit frigus, tunc apparebit arborum gloria. tunc eorum uiriditas. tunc fructuum maturitas. tunc et nos bene agere uolentes apparebimus mortui, sed vita nostra abscondita est cum xpo in gloria, quam concedat nobis dominus Jesus. amen.

Ad presbiteros Qualiter non debeant vendere sacramenta.

Ad presbiteros. qualiter non debeant vendere sacramenta.

Fratres carissimi, sicut actuum apostolorum narrat historia apostatante iuda a consortio apostolorum diuina prouidentia ad structuram ecclesie prouidens fundamenta que secundum Johannem sunt xij. nomina apostolorum. beatum mathiam vocauit ad apostolatum et sic suscepit ionatas principatum et surrexit

leo inde / Sic etiam nos suscepimus principatum in ecclesia / et per
gratiam suam / suos ministros facere voluit / et in palatio suo
nos constituit et elegit / ut essemus gens sancta. populus dei.
sal terre. lux mundi. et angelici homines absque peccato / Ministri
etiam dei sumus et servi. Servi enim dei dicuntur / non qui ad
oculum serviunt / sed qui domini voluntati in omnibus fideliter
obediunt / et tunc in tanta familiaritate domini promoventur / quod
non amplius servi / sed amici vocantur. Ideo nos tota mente
exhibeamus / in multa patientia / in tribulatione. in scientia. in caritate
non ficta. in vigiliis. in carceribus. in plagis. in verbo veritatis.
et sicut nihil habentes / et omnia xpm possidendo simus possi
dentes. Hec est enim clericorum vita. sacerdotum salus. hec
est servorum dei requies. hec amicorum dei voluntas. hec
enim sanctificatio nostra / ut in omnibus exhibeamus nosmet ipsos
sicut dei ministros / in multa patientia / in tribulatione /
in necessitate. in castitate. in abstinentia. in suavitate. in caritate
non ficta. in verbo veritatis. nemini dantes ullam offensionem
ut non vituperetur ministerium nostrum / xpi enim servi sumus.
Tunc ministerium xpianorum vituperatur / tunc servitus nostra
despicitur / quando ea que xpi sunt despicimus / et opere ad
implere negligimus. Sed veh nobis fratres mei / veh nobis
quia filium xpi nomen portamus / filium nomen servorum
dei gerimus / quia opere non adimplemus quod adimplere de
bemus. Discutiamus sacerdotes mentem nostram et sciamus
si servi xpi sumus. Scimus enim quid facere debemus / ne
servi inutiles simus. Quid enim? certe nihil aliud nisi
quod exhibeamus nosmet ipsos sicut dei ministros / in multa

patientia. Sed ue nobis qui nullam patiam hre uidemur.
nam pauperes ee debemus, quia mebra xpi sumus, et ministri
dei. Sed si paupertas aggreditur, uel aliqua corporis
necessitas, turbamur, affligimur, et dona sancti spus uendere procura-
mus. O, sacerdotes mei, nolite hoc malum facere, sed mementote
qd gratis accepistis gratis reddite, ne cum symone mago da-
nemini, cui dixit petrus. pecunia tua tecum sit in perditione.
Qui enim pretium recipit de sacramentis gezita est et plenus
lepra. Nam cum elyseus mundasset naaman principe sirie
in iordane a lepra rediens naaman obtulit prophete multa
munera, sed ille noluit recipere, sed cum recessisset
sequutus est eum gezi discipulus prophete petens principi
sirie munera, quibus acceptis propha oia per spm nouit
et uidens eum redarguit percutiens eum lepra, sic etiam
percutiuntur omnes qui pro sacramentis pecuniam petunt.
Sed dicetis, numquid scriptura dicit, qui altari seruit de
altari uiuat. O, sacerdos hoc quod dicis, omnino negare
non audeo. sed scias q deus intuetur corda hominum, Nam
si sacra dare distuleris, oio gezita es. Judas es. et symon
magus extimaris, etiam si fueris omni paupertate uallatus,
Nam pastor es, minister xpi es, sed non mercator.
Non igitur petas, non etiam tuum uel tantum pro baptis-
mo recipias si cum symone perire non uelis. Nam
facto pacto, sacramentum uendidisti, et saluatorem tuum prodidisti,
cum Juda. Spontanea et sincera uoluntate, porrige sacra,
nihil petendo, nihil expectando, nihil de promisso desi-
derando. Sed si tibi datur, iuste recipis, et iuste datur

et iuste possideri pot. Memento tamen quod et pauperem vitam
sacerdos gerere debet, Et ideo si superflua habet, et magno beneficio
gaudet preter victum et vestitum vestitum pauperibus dare non differat
differat. quia omnia pauperum sunt. Verbum autem illud, quod ne
gare non debet fidelis, Qui altari servit de altari vivat. verum
omnino est, quia non licet sacerdotibus manibus operari, ligonizare, ferrum
fabricare, et similia. hoc autem propter reverentiam et tanti sacrati
dignitatem. Illud autem verbum ad sacerdotes magis quam ad se
culares pertinet, ne sacerdotes dei fame pereant, vel nudi te
Ideo dignum est, ut qui altari servit, de altare vivat. Similiter
fratres qui sacramentum emunt, vel ecclesiam, vel prebendas, vel ecclesiarum
introytus, vel seculari potentia hoc pro se iudicavit, sciat
quod cum Gezi et Iuda iam damnatus est. Iam leprosus factus est. Iam
de templo domini expellendus est. Quare? quia qui non intrat
per ostium in ovile, sed si ascendit aliunde fur est et latro. Ideo
repellendus est, quia vendentes et ementes dominus eicit de templo,
Repellendus est, quia leprosi eici iubentur. Non intrat per ostium
ad ecclesiam qui per laycalem potentiam intrat. Non enim laicis spiritua
lia dona tradita sunt sed domini vicariis. vicarii domini sunt, qui
vicem apostolorum tenent. Castella autem et villas suas laici dispen
sant. Bona autem yponensis ecclesie vigilenter attendant, nil
tangant. Dives enim raro vel numquam pauperibus sacerdotibus
prebendas procurat, et si procurat, non dei amore, sed ut
prebendas cum uxore et familia de bonis ecclesie gaudeat. Et ideo
sciat sacerdos, qui timore, vel amore defraudari a divite
se permittit, quod impunitus non remanebit, et si non in presenti, sal
tem in futuro, eterno igne non carebit. Redeamus igitur

fres ad propositu / et sciamus quo poterimus nos exibere
sicut dei ministros / Cupitis enim scire / Ecce si persequutones
veniunt non defitiamus / sed patiam habeamus. si necessitas pau
pertatis contigat / non desperemus / sed in dno confidamus. Si blas
phemamur non respondeamus / sed precamus. Si colaphis vel
alaphis cedimur / aliam parare non differamus. Si verbo vel
munere percutimur / taceamus. Si occidimur / gaudenter ad morte
pergamus. Quare? quia non est servus maior dno suo.
Si enim me persequuti sunt / et vos persequentur / ait dns. Ista
ei patientia ornati esse debemus si ministros xpi esse optamus.
Sed quid nisi quod in castitate nos met ipos exibere debemus.
Hec est illa virtus / sine qua fctus est omnis. Hec est illa
virtus / que nos deo comendat / que nos deo comendat / que
nos homines angelos facit / que nos super sidera volando conducit.
Hec est illa virtus / sine qua vasa ferre non possumus.
Hec est illa scta virtus / quam astringere nos docet aplus. For
nicatio et omnis immunditia non nominetur in nobis / sicut decet scos.
Non enim dicit aplus / non sit / sed non nominetur in vobis / ne
mens vra colloquiis malis / possit corrumpi. Ideo fres atten
dite quod non solum a nobis removenda est fornicatio / sed
omnis etiam presumptio falsa. Non decet clericum cum mulie
ribus sedere / vel fabulari / vel domum eius frequentari / ne
suspitio mala progrediatur. O / quam vilis / o / quam miser / et pu
sillanimis reputatur clericus / qui frequenter cum mulieribus
conversatur. Inscipiens et valde inexpertus est qui amicitias
mulierum procurat. Et ideo vos qui estis lux mundi / et civitas
in monte situata sic famam oram custodire debetis ut non

erubescant et detractoribus laudatores. Attendite etiam
fres attendite quod duo dicit apostolus, fornicationem et immunditiam.
Fornicatio enim est naturalis mulierum concubitus, sed illicitus
fornicatio est cum meretrice agere. Mulier enim sive adul
tera sive concubina, meretrix vocatur. Fornicatio ideo
clericis interdicitur, quia cum simus ministri dni, membra
meretricis non efficiamur. O, quam turpe clericum duci a mere
trice captivum, adheret enim meretrici et unum corpus efficitur.
Et ideo scire debemus quod malum est fornicari. Nam coniugium
sacerdotibus prohibetur, quanto magis crimen fornicationis
extimabitur in nobis. Ecce .n. fres laicis coniugatis ad tempus
abstinere precipitur ut vacent orationi. Et sacerdotes, quos
corpus dni consecrare omni die oportet, concubinas in
domo tenere non erubescuntur, Ecce quomodo vasa nostra
in sanctificatione possidere scitis. Scitis enim fres quod die
quadam, david venit ad abimalech sacerdotem, et ait
david esuriens, da mihi aliquid cibi, Et respondit, non
habeo panes laicales ad manus, sed tantum panem sanctum. Et
ideo dic mihi, o, david, sunt mundi servi tui a mulieribus,
Et ait sunt ab heri et nudius tertius, et sic dedit eis sacri
ficatum panem. Si ergo interrogavit sacerdos, utrum
servi david mundi esset propter panes propositos accipiendos,
quid facere nos debemus miseri sacerdotes propter corpus
dni capiendum. O, fres mei non sic, Ecce sacerdotes
paganorum, dum offerre debent dijs suis incensa, ab omni
malo ut possunt abstinent. Ecce ego iam episcopus yponensis
eram, et cum quibusdam servis xpi ad ethiopiam perexi,

ut eis sanctū euangeliū pdicarem / ⁊ vidi ibi multos
homines ⁊ mulieres / capita non hntes / sed oculos grossos
fixos ī pectore / cetera membra equalia nobis hntes /
inter quos sacerdotes eorū vidimus vxoratos / tāte
tamen abstinentie erāt / q̄ licet vxores omēs hrent /
nūq̄ tamen nisi semel ī anno tangere ꝑ eas volebāt /.
Vidimus ī inferioribꝫ partibꝫ ethiopie hoīes vnū
tantū oculū ī fronte hntes / quorū sacerdotes cōuer-
sationes hoīuz fugiebant / ⁊ ab omī libidine carnis
se abstinebant / ⁊ ī septimana qua dys suis thura
offerre debebant / etiā ab omī libidine carnis se absti-
nebant / ⁊ nihil sumebāt nisi metretā ꝑdiem / ⁊
sic contenti manentes / digne sacrifitiū dys suis / offerre
credebant. O / grandis xpianorū miseria / ecce pagani
doctores fidelium facti sunt / ⁊ pctores ⁊ meretrices
precesserūt fideles in regno dei. Non ergo sic fres
non sic deum tantū diligamus ore / ꝫ opere ⁊ veritate.
Tunc eius veri ministri erimus / si iuste / si sobrie /
⁊ caste vixerimus. qui ē bndictꝰ ī scl'a sclorꝫ. amen.

De Vita & Moribꝫ clicorꝫ circha abstinētiā & patiam.

De vita. ⁊ moribus clicorꝫ circa abstinētiā ⁊ patiētiā.

Cum ieiunaueris / unge caput tuū / ⁊ fatiē tuā /
laua / ne videaris hominibus ieiunans. Ieiunātis
offitiū est ī cinere ⁊ cilitio sedere / sordidas vestes non
tenere / carnē macerare / fatiem attenuare / in palorē
ꝑmanere / ipam lauare / non ad mensam opulentam /
accedere / non capite inclinato incedere. sed elemosinas
dare / castitatem seruare / iuste pie ⁊ sancte viuere /

ut xpi resurrectione expectantes cum dno gloriemur. hec
aut oia facite, no ut videamini ab hominibus, sed ab illo qui cuncta
videt in abscondito. Sed si contingeret q fuimus ieiuniorum
spargeretur inter homines, statim faciem tuam laua, ne videaris
hominibus ieiunans. Tria nobis fres pponiuntur hoc, Ieiunare
faciem lauare, et caput ungere. hec ei tria sunt in quibus
tota vita nra consistere debet. Que sunt ista fres. nisi decli
nare a malo et facere bonum, et totum quod hes deo tribuere,
Ecce quicqd continet xpiana religio, Quid enim p ieiunare,
nisi a malo declinare. per faciem lauare, bonum facere. per
caput ungere, totum deo tribuere. Sed dicet quis, breuis est
hec expositio, sed et aquam uiuam ut cupimus no propinasti.
Attendite ergo fres, na hostis antiquus nris primis parentibus
primo in paradiso ut deum offenderent. 2o ut faciem a deo ab
sconderent post meridiem. Tertio ut de ligno vetito come
derent. nam ibi dr ut caput pungeret, sz hic ut caput
ungeret, Ibi ut comederet, sz hic ut Ieiunaret. Ibi ut
abscondendo faciem uellaret, sz hic ut lauaret. Credamus
illi, qui modo hic pcipit. sz non illi qui contraria psuasit.
Ait ei pater, hic est filius meus dillectus, ipm audite,
nam ait hodie cum ieiunantis, Est ei fres quoddam ieiunium
comendabile, et quoddam damnabile. Damnabile, qd uidet
homines, qd fit pp homines. Comendabile, qd fit solum pp deum.
Sed aliqui sunt ieiunantes ut egroti. aliqui ut fastiditi. aliqui
ut auari. aliqui ut ypocrite. Egrotus ieiunat ut valeat,
fastiditus ut appetat. Auarus ut partiat. ypocrita ut
appeat. Ieiunium egroti est sanitatis. Ieiunium fastiditi est

gulositatis. Ieiu

gulositatis. Ieiunium avari est parcitatis. Ieiunium ypocrite
est simultatis. Hec autem ieiunia et si non sunt periculosa, tamen
sunt infructuosa. Ieiunate ergo fratres propter deum. Frangatis nucem,
ut habeatis nucleum. Proiciatis folia, ut inveniatis fructum. Pur-
gemus puteum, ut inveniamus aquas de fontibus salvatoris.
Ait enim salvator, sitientes, venite ad aquas. Nam triplex
est aqua salvatoris fratres. Aqua lacrimarum, quando flevit super
lazarum et super civitatem. Aqua quam posuit in pelvi, quando disci-
pulorum pedes lavit. Et aqua que de latere eius emanavit.
Primam oportet nos habere fratres si recte ieiunare cupimus. Est
igitur prima aqua contritionis. Secunda confessionis. Tertia
satisfactionis. Prima mentem lavat. Secunda refrigerat. Tertia
fecundat. Ergo fidelis qui cupis recte ieiunare istas aquas
recipe et lavare, et mundaberis a lepra. Nam nisi habueris
has aquas ieiunium tuum modicum valebit. Igitur vocati hodie
ad nuptias magni regis, fratres dilectissimi, ornemus nos
vestimentis, tubis, et cimbalis bene sonantibus. Laudemus pa-
trem familias, qui ad suas nuptias vocare dignatus est.
Que sunt nuptie hodie preparate fratres nisi isti dies quos
dominus consecrare dignatus est. Isti sunt dies quos observare
debemus, in quibus legem accipere merebimur. Isti sunt
dies medicinales qui anime et corpori conferunt sanitatem. Isti
sunt dies nuptiales in quibus vestimentis ornati esse debe-
mus, cimbalis, et tubis, organisque bene sonantibus. Hec enim
sunt instrumenta que in nuptiis quadragesimalibus sonare debemus.
Nam nos primo vestire debemus virtutibus sanctis, expoliati
vitiis, secundo cimbalum percutiendo pectora per contritionem

sonare debemus. Tercio velut preciones clamare debemus sug
gentes ubera vocando parvulos ut ieiunare addiscant.
Senes ut ieiunare doceant. quia ecce nunc tempus accepta
bile, ecce nunc dies gratie et salutis, ecce nunc dies
remissionis, ecce dies satisfactionis. Tu ergo inique
qui longo tempore dormivisti, surge, memento unde exci
deris et age penitentiam dum sanus es, dum peccare
potes, et dum tempus habere potes, ut non ex timore sed ex
amore videaris penitere. Omnis enim fratres mei, qui per
penitentiam deleverit peccata sua iam angelice felicitatis
est. Ipsa namque penitentia est medicamentum vulneris,
spes salutis, per quam peccatores salvantur, per quam deus
ad misericordiam inclinatur, dum autem pecuniam fratres fece
ritis, fundite pro peccatis lacrimas cordis et corporis.
Numquid lacrimando fratres mei petrus a xpo aspicitur?
Numquid maria veniam meretur? Numquid martha
per lacrimas sanatur? Numquid cananea exauditur?
Numquid lagarus ad vitam revocatur? Lava ergo fa
tiem tuam, qui hodie cupis ieiunare lacrimis, percute
pectus, exalta vocem tuam confitendo et annuntiando
peccata tua sacerdoti. Audite fratres, quid david per con
fessionem sequutus est. Quid ait? nisi peccavi domine.
Et sedens natham propheta ait, o, david transtulit
deus peccatum tuum a te, Cavete fratres ne confessio
vestra sit superba et arrogans, velut confessio saul,
qui redarguitus a samuele superbiendo dixit. pec
cavi, qui statim audire meruit transtulit deus

regnum tuum a te. Sic et dixit Judas peccavi, non
dolendo, sed differendo. Sic et Caym maior est
iniquitas mea, quam ut veniam merear. Ergo fratres
cum ieiunatis faciem lavate lacrimis. Caput un-
gite. s. deum qui caput cunctorum est. Ipsum ergo
ungite oleo misericordie, elimosinas dando, et
verba contritionis clamando, peccavimus domine,
sed miserere, et sic uncti erimus a xpo oleo letitie.
Sic unctum David legimus, Sic unctum petrum et
mariam prospicimus, sic unctos volentes semper
speramus fratres. Sed quis dicet quo ungendus est
deus, o peccator vade primo ad mariam peccatricem
ipsa unxit pedes, et postea caput. s. animam, et postea
accedere potuit ad caput. Nam si primo lacrimis
pedes xpi non lavisset, ad caput xpi accedere un-
gendo ausa non fuisset. Ergo necesse est primo lacri-
mas fundere, et postea ad xpi caput accedere. Scitote
tamen fratres mei qui nisi inimicis vestris corde peper-
ceritis, sive ieiunetis, sive elimosinam detis, sive omnia
que bona sunt agatis, omnia vana sunt, et servi in-
utiles estis, nisi proximo peperceritis. Sed dicetis
ego parcere inimico non possum ex quo ergo hec
bona mihi non valent sine hoc me affligere ieiu-
nando, bona distribuendo, non amplius volo. Ego autem
dico vobis, dimittite ut dimittatur vobis. Nullum
tamen malum impunitum, et nullum bonum irremunerantum remanebit
apud illum qui novit abscondita cordis cunctorum. amen.

De moribus. ⁊ vita prelatorum.

De moribus & vita Prelatorum.

Fres carissimi sanctus ille Jeremias considerans sacerdotum ⁊ prelatorum negligentiam lamentabiles voces emittens dicebat. parvuli petierunt panem ⁊ non est nec erat qui frangeret eis. Clamabat ergo Jeremias aspiciens destructionem sancte civitatis, plorat, ⁊ lamentatur crudelitatem matrum ⁊ patrum pastorumque qui devorant plebem in perditionem, Veh vobis pastoribus israel, quia quod pingue erat occidistis ⁊ comeditis, quod confractum non consolidastis, quod erroneum non revocastis, quod infirmum non sanastis, quod nudum non cooperuistis. O, fres hodie lupi rapaces facti sumus, Justiciam post ponentes, veritatem ⁊ miam ignorantes, Cavete igitur ne vobis hodie dns dicat, Dispensatorem te posui super familiam meam ⁊ tu panem eis non fregisti. Non ergo dispensator, sed dissipator. non speculator, sed spiculator. O, serve nequam mittam te in tenebras exteriores, quoniam pueri tui petierunt tibi panem, nec fuit qui frangeret eis. Itaque fres frangendus est panis ⁊ distribuendus est subditis antequam fame pereant, Nam si moritur sanguis eius, de manibus tuis exquiritur. Distribuendus est itaque panis omnino sanctitatis exurientibus. Est enim fres panis mundus, qui frangendus est, ⁊ distribuendus filiis. Est ⁊ alter panis immundus, qui distribuendus est servis, Sunt etiam isti panes coniuncti in domo dni, sicut in area palee cum granis. Tres tamen panes legimus in scriptura, pharaonis oblationis ⁊ propositionis. primi panes sunt laici. secundi sunt sacerdotes.

Tertij uero pastores. panes uō phraōis, diuiduntur ī tres ptes. s.
ī cōcupiscentiā carnis. ī concupiscētiā oculoꝝ. ⁊ ī supbiā uite.
prima ē luxuria q̄ eneruat. Sa ē auaritia q̄ cruciat. 3a ē
supbia q̄ uelut uesica īflat. luxuria ē proferēs īmūditiā.
Auaritia ē generās īuidiā. Supbia parit īiustitiā. luxuria
ē premens hoīez intra se per polutionē. Auaritia ex se
p uagationē. supbia sup se p ellenationē. luxuria deprimit
hoīez intra se, quia cū factus sit ad imaginē dei, uelut
porcus ī luto uiuere q̄rit. Auaritia trahit hoīez ex se
q̄ pp terrena dimittit celestia. Supbia extollit sup se
ut ponat ī celū os suū. Et sic pres ⁊ fres, hō p luxuriā
delectari uanis. p auaritiā ī trāsitorijs consolari. p supbiā
de potāte gloriari q̄rit. Isti sūt pastores quos dns eiecit
de tēplo uendentes ⁊ emētes. Isti sūt quinquagenarij qui p
elyam cōburūtur. Isti sūt illi falsi prophe uestiti pellibus
ouinis, q̄ ēt ī trisecus sūt lupi rapaces. Ergo nos q̄ sumus pastores nōiati
luxuriā frāgamus p abstinētiā. auaritiā sbmergamus p elimosinā.
supbiā fugiamus p humilitēz ⁊ patiāz. Nā sicut ī pole ē demonē obstiātuz
ī malo paradisū ītrāe. sic ī pole ē luxuriosis pastoribus auaris ⁊ supbis
subditos castos humiles ⁊ bonos facē. quia nccē ē ut talis grex, q̄lis
⁊ rex. Est ⁊ aliis panis oblatōis, quē nō solū frāgere, sed ⁊ deo
offrēre dēmus. De quo dauid dicebat, Intret orō mea sicut incensuz
ī cōspctū tuo. Iste panis tplex ē. q̄ orō dz ēē ampla, deuota ⁊ pura.
Ampla ut rogetis pro oībz ēt calūmātibz ⁊ psequētibz uos. Deuota
ut nō remisse petatis, sz deuote, ⁊ dabitur uobis pseuerantibus.
Sed dicet quis, qual dz ēē qui petit, quid petat, pro quo petat, ⁊
a quo petat, Si petis qualis ēē debes, dicimus q̄ bonus, q̄a pctores

deus nō exaudit. Si dicis quid petē dēs. dico q̄ vitā vl' meritū vite vel
apphendentiā meritorū vite. Sed si dicis pro q° petē dēs, dico p bono ⁊
malo vicientib, ut bon⁹ pseuēt, ⁊ malus cōuertat. nō p sctis, nō p
dānatis. nā q orat p martire, iniuriā facit martiri. qui orat p dānato
nullatenus ipetrabit. potes tn̄ ē deus, de lapidib, istis ut faciat
panes. Sed si ulterius adhuc petis a quo. dicit' q̄ a pre oīa petē
i filij nomine debemus. ⁊ sic veri pastores erimus. Est enim
sacerdos quasi sacra dans. Est ⁊ alius panis. s. propitia-
tionis. ⁊ iste triplex est. panis angelorū de quo man-
ducat homo in altari. panis filiorum .i. verborū sancte
doctrine. hic est panis qui cū primo pane de celo descēdit.
hic est panis quem non est bonū sumē ⁊ dare cani-
bus hereticis. quia panis filiorū est. hic est panis ami-
corū, petit Amice Accomoda mihi tres panes, videlicet
vite, doctrine, ⁊ exempli. hic est panis datus petro,
ut pascat agnos. Nam ter ait dns petro, ut pascat oues,
⁊ tu pastor intelligas oues pascere doctrina, vita, ⁊ exemplo.
vel eucharistia, doctrina, ⁊ vita scā. Et sic dns ait petro ita
ut ceteris aplis suis. Ergo pascamus oues nras, ⁊ pmulis
nostris panem frangamus, ne defitiat in via. pascamus
pane angelico. pascamus verbo. pascamus exēplo, ne
tota gens pereat. Nā capita gentium sum⁹, cecorū ⁊ ignorā-
tiū duces, claudorū baculus, terrarū principes, regū viatores,
angelis supiores. Sed demone peiores dū hec negligenter
prospicimus fres. pascam⁹ g° pplm, ne sint velut oues
absq; pastore, ut de pascuis sollicitudinis trahat ad pascua
sanctitatis Jesus xps dns noster. Amen.

1.

De sacra scriptura et eius laudibus et moribus et vita clericorum.

Scriptum est quod moyses posuit in tabernaculo labrum eneum in quo lavarentur aaron et filii eius qui ingrederentur sancta sanctorum. Et ideo attendite quod quicquid sub lege antiqua in templo dei efficiebatur aliquid futurum presignando significabat quod in ecclesia nostra sub figura tegebatur sicut ait apostolus. Quecumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. Non enim sancti patres curassent tot et tanta memorie comendare nisi ut et alii legentes alios per exemplum edificarent. Legite ergo fratres mei scripturam sanctam. legite eam legite ne ceci sitis et duces cecorum. legite sacram scripturam in qua quid tenendum quid fugiendum plene invenietis. legite eam quia omni pane dulcior. omni melle suavior. omni vino ilarior invenitur. Apprehendite eam et invenietis quomodo deus deorum sit longitudo propter eternitatem. quomodo sit latitudo propter caritatem. quomodo sit sublimitas propter maiestatem. quomodo profunditas propter sapientie immensitatem. querite scripturam sacram et invenietis quomodo ille deus deorum natus de virgine maria et homo factus nos amat ut caritas. novit ut veritas. sedet ut equitas. quomodo dominatur ut maiestas. Legite scripturam sanctam et invenietis quomodo ille nazarenus ille iesus regit ut principium. quomodo tuetur ut salus. quomodo operatur ut virtus. quomodo revellatur ut lux. quomodo assistit ut pietas. Et ideo o fratres mei quamdiu in hac infinia et vana vita fuerimus hanc sapientiam discere et rapere tota mente curemus. Quid enim homo sine litteris

reputatur. Quid enim est. Numquid pecus uel edus. Nu-
quid equus uel mulus, quibus non est intellectus. Eya
igitur fres qui pastores rationalium ouium nuncupamur. Festi-
nate rapere non sophismata paganorum. non carmina
poetarum. non fallacias phorum. de quibus doctores et
auditores redditurus sunt rationem. Sed illam dulcissimam
sapiarum que hereditas dei et filiorum eius cara possessio
nuncupatur. Hec ei est doctrina sup oia diligenda
quam pphe predicauerunt. quam patriarche diuinitus
haurierunt. quam dei filius postquam in terris visus et
cum hoibus conuersatus est aperuit et declarauit. et quid te-
nendum. et quid vitandum aptissime demonstrauit. et
suos aplos nos per ipam docendos illuminauit. Hec est que
docet nos amare celestia, et terrena despicere. Hec
est mater fidelium que nos quotidie docet quo credamus
deum esse oipotentem. quo ipm videbimus in sede maies-
tatis uenientem. quo bonis bona, et malis mala tribuentem.
Hec est lucerna pedum nrorum, et via salutis nre in qua
instruimur quo primo deum sup oia diligamus. quo aiam
nram postmodum sicut quid propinquius. quo postmodum
aia proxi. quo postmodum corpus pprium. quo postmodum
corpus proxi uelut nrm diligamus. Iste est pfectus
mons, deum, nos, et proximum diligendi. Hec est illa
sacra sapientia que ex ore altissimi pdiit. phis quidem
abscondita, sed rudibus grossis et piscatoribus reuelata.
Numquid et hoc etiam puis hoibus reuellatur. Hec est
omnium sapiarum et doctrinarum ingra et dna, que nos

1.

docet exterius blandos, et interius fraudulentos cognoscere.
Hec est scientia scientiarum. angelorum ferculum. archangelorum
pulmentum. apostolorum gloria. et patriarcharum fiducia. prophetarum
spes. martirum corona. virginum fortitudo. monacorum
refectio. episcoporum vagatio. sacerdotum cellarium. puerorum
principium. viduarum doctrina. coniugatorum pulchritudo.
mortuorum resurrectio. vivorum sempiterna protectio.
Hec est per quam fide caramur. Spe confirmamur.
caritateque roboramur. Hec est quam qui invenerit
inveniet vitam et hauriet salutem a domino hoc labrum
vel pelvis quam moises posuit in tabernaculo in quo
lavarentur filii aaron et filii eius cum ingrederentur
sancta sanctorum. Sed dicetis quid per magnum sacerdotem
aaron intelligere debemus. dico vobis quod per aaron summum
sacerdotem intelligere debemus. et per filios eius alios sacerdotes
minores. per labrum eneum legem dei intelligo in qua omnes
tam magni sacerdotes quam parvi studendo et legendo do-
cendo et adimplendo opere immundiciam corporis per compunctionem
mundare debemus ad sancta sanctorum. q. s. secreta dei et scrip-
turarum penetranda per purificationem digni inveniamur.
Et ideo fratres mei attendite et considerate quod das para-
tum habemus in quo oportet mentis feditatem abluere et
mundiciam mentis in eo preparare. Ecce enim lex sancta
et scriptura immaculata preparata est ut virtutibus deco-
remur. Sed ve nobis qui debemus esse exemplum cor-
rectionis et ecce sumus exemplum erroris. Unde hoc nisi
quia sumus idiote ignorantes legem et eam legere legere

fastidimus. et tamen cathedram et animarum curam cotidie gerere
procuramus. Quid ergo mirum si cadit sacerdos. Quid mirum
si non sublevat delinquentes. Quid mirum si dux cecorum
est. Ecce legem dei conculcavit. despexit eam ut
mortem. Sed quid dilexit. quid procuravit. quid toto
affectu concupivit. uxorem vel concubinam caute tenere.
equos velut miles in stabulo possidere. canes pro vena
tione nutrire. accipitres custodire. et tamen velut
equus et mulus quibus non est intellectus cupit honorari
in cenis. et vocari ab hominibus rabi. Ecce quomodo cadit
sacerdos. Ecce quomodo vivit. Sed et si cadit qui columna
videbatur esse in templo quanto magis populus peribit. Si deus
in angelis suis reperit pravitatem quanto magis in his
qui habitant domos luteas, et qui terram habent pro
fundamento. Discite ergo legere sacerdotes, ne surdo
maledicatis. Tunc surdo maledicitis quando consilium propter
ignorantiam dare nescitis. Tunc ceco offendiculum quando
falsa pro veris ostenditis. Itaque fratres nolite pigrescere.
sed legite scripturam. discite eam filioli, et sepe eam legite.
quia lemon oleo. sublimior auro. argento purior. hec
est que precipue deum provocat, diligentem invitat.
corda illuminat. linguam purificat. conscientiam probat.
animam sanctificat. fidem confortat. diabolum reicit.
peccatum spernit. animas frigidas calefacit. lumen scientie
ostendit. tenebras ignorantie expellit. tristitiam seculi
extinguit. leticiam spiritus sancti accendit. potum tribuit
sitienti. hec est scriptura nostra sacra. lex nostra

immaculata. que de inscipientibus sapientes facit. primos
de nouissimis ponit. magnos de minimis efficit. nobi-
les de ignobilibus commutat. animam frenat. prohibet lenitatem.
temperat dolorem. confert spem. coronat senem. docet
iuuenem. mitigat dedignantes. instruit errantes. sa-
nat egrotos. roborat infirmos. brutos facit sen-
satos. mentis stabilitatem donat. excitat somnolentos.
ocisos increpat. pigros incitat. credentibus
gratiam dat. reges humiliat. humiles exaltat.
rectas vias indicat. elemosinam imperat. hec est
scientia scientiarum que sapientiam dat. gloriam exaltat. ho-
norem triumphat. et multiplicat humilitatem, caritatem,
lenitatem, obedientiam, et mansuetudinem docet. et intel-
lectus est omnibus bona facientibus et diligentibus
deum. hec est que abstinentiam, castitatem, largi-
tatem, et voluntariam paupertatem conseruat. postre-
mo doctrinam omnibus felicitatem gaudium stabi-
litatem cordis compunctionem veram sobrietatem
et humilitatem eternam implet. timorem dei ac-
cendit. Quod obrem fratres mei qui hanc sapientiam
diligit et diligenter implet legem maximus
vocabitur in regno celorum, et principatum ecclesie
possidebit. et premia et munera copiosa recipit
in die nouissimo. Amen.

Sermo sancti augustini de superbia. et vanitate. seu
fallaciis mundi vitandis. Verte folium

Scriptum est fr̄es carissimi q̄ mondū nō diligamus
qm̄ mondus transit ⁊ cōcupiscentia eius. O mōde
īmūde, qui hōies illaqueare non desinis, quiescere non
p̄mittis, rapere omnes appetis, occidere omnes queris.
Veh qui tibi credit, beatus qui tibi resistit, s̄ beatior qui
a te illesus recedit. O mōde īmūde proditor, cuncta
bona p̄mittis, sed cūcta mala protulis. promittis vitam,
⁊ donas mortē. promittis gaudiū, s̄ largiris merorē. p̄mittis
quietem, s̄ ecce tribulatio. promittis florem, sed cito va
nescis. promittis stare, sed cito recedis. Non ergo es
diligendus, qm̄ omnō transis ⁊ cōcupiscentia velut fu
mus vanescit. Alloquant̄ aūt amatores tui, o mōde
quibus aliqn̄ florem serenissime iuventutis prestare vo
luisti vitam diuturnā, diuitiarū copiā, familiarū ha
bundantiā, pacis amenitatē, dicāt omnes. loquātur cūcti.
Surgat venerabil pater Adam cū omnib; filijs suis ⁊
vno ore loquantur, vtrū in hac vita gaudiū habuerīt
sine dolore, pacem sine discordia, quietem sine motu, sa
nitatē sine infirmitate, lumen sine tenebris, panem
sine dolore, risum sine fletu. Nolite igitur fr̄es diligē
mondū, qm̄ transit ⁊ concupiscentia eius. O mōde ī
mūde, nūquid fallax ⁊ p̄ditor? nūquid periculosior es
blandus, q̄ molestus? Numquid magis timendus es dū
allicis, q̄ dum sp̄nis? Nūquid magis odiendus dum
diligere dissimulas, q̄ dum odire. O mōde īmūde
ī te habitare ⁊ non dolere, impo̅le est. In te sperare
⁊ non timere vacuū est. In te tua amare, ⁊ nō p̄iclitari

ipo^le est. O fres mei nolite ergo eu diligere qui transit et
concupiscentia eius. Sed et modus ecce transit et nos turbat
et amatur. fallit et fidelis reputatur. occidit et velut vita
desideratur. fetet et amplectitur. O mondi immunde
et si flores quid facerent amatores tui, sed vere no flore
suavitate quam nullam hes, sed vincula tua et dulcedo tua
asperitatem hnt. iocunditate flam. certum dolore. incerta
leticia. durum laborem. timida quietem. rem plena miserie.
et spem beatitudinis inanis. Nolite ergo diligere mondum,
quia omne quod e in mondo, aut est concupiscentia oculorum,
aut carnis, vel superbia vite. Agamus fres si possumus
hodierna die de singulis. voluptas ei carnis dicitur, quia per
motu illicitu, misera caro appetit, ut gulositas, ebrietas, lux
uria, nimia dormitio, et vanus risus, et quia caro nobis
vicinior est per vitia eius primum nos aggreditur. Mundus
enim quanto familiarior est, tanto periculosior hostis. Multi
sunt per vitia eius qui corruerunt. Ecce adam per gulam.
loth per ebrietatem. Salomon per luxuria. Ideo fres, gulo
sitati, per abstinentia festinanter occurere debemus. Consi
derate quod no per portum sed per pomum homo primitus morte
invenit. Esau. non pp gallina, sed pp lenticula primatu suu
perdidit. Scio enim noe omne genus carnis quod cibo eet
usui esse concessum manducare. Elyam cibo carnis refectu
ee legimus. Johanne mirabili abstinentia predicamus. sic
et nos facere debemus, sed non sicut Esau, lenticule concupiscentia
devictus. Non sicut david pp aque desiderium reprensus,
sed sicut Rex noster qui non de carne temptatus, sed de

pane, temptatorem superauit teterrimum. O, magna et admira
bilis abstinentie virtus per quam homines filij dei excelsi effi
ciuntur. per quam vitia expelluntur, et demones. per quam
non solum sabis animarum agitur, sed corporum etiam sanitas possidetur.
Ecce enim fratres concupiscentia carnis qualis et quanta est. Ipsa
enim fomentum et mater aliarum voluptatum est, quia qui bene
comedit, libidines carnis frequenter sentit. dormire querit.
Inde verbositas et rixe que sunt opera carnis, Inde consumptio
pecunie. Nolite ergo fratres diligere mundum, quia in eo summa con
cupiscentia est carnis. Sed quid aliud nisi concupiscentia
oculorum, o, fratres mei. fecit enim deus nobis oculos ut videntes
que fecit magna magnalia toto corde eum laudemus, plorantes
si qua mala fecimus. Ecce enim in miseria sumus, et in mi
seriis non ridere sed flere debemus. Cum enim nascitur puer
non ridet sed plorat. Quare plorat? nisi quia voce testatur
et confitetur plorando deuenisse ad miseriam. Nascuntur
enim filij adam ad laborem et dolorem, quia iugum grave posi
tum est super filios adam, a die exitus de ventre matris
eorum, usque in diem sepulture eorum. non igitur ridere, sed flere
debemus attendentes et cognoscentes quod dominum nunquam risisse
sed flevisse legimus. Sed quomodo fleamus peccata quomodo levemus
oculos ad montem unde veniat auxilium, audiamus Johannem
Quid enim dicit nisi quod omne quod est in mundo est concupiscen
tia oculorum. Concupiscentia oculorum dicitur, quia per eos
desideria auri et argenti possessionum et cunctorum terrenorum
intrinsecus anime intimantur. Ideo summe custodiendus
est oculus, quia ianua cordis est et nuntius. Nam claude

oculum / et voluntas habendi non erit / cesset voluntas
et ecce infernus clauditur. Ecce ei fies quot mala per oculos
fuint / et quot bona per eosdem fieri pnt. Si ei dauid oculos
clausisset / feminam non vidisset / adulterium non commisisset.
Si iudex pecuniam non vidisset / magrum minime tradidisset.
Et si sodomite oculos clausissent / iuuenes non vidissent
nec perissent. Custodiam ianuam cordis nri / ne latro qui
cotidie procurat intrare veniat et cuncta bona valeat
depredari. Claude g° oculum / et amittes vitium. Claude
ianuam et latronem occides. Claude oculum et voluntas non
erit habendi. Claude oculum et infernum clauseris in e
ternum. licet tamen multi ceci mali sint / sed peiores esse
non dubitamus / si hec que mundi sunt viderent /
ipsa enim visio causa cupiditatis est / et principium appetitus.
Claudamus ergo ianuam ne intrare possit per fenestras
nras. Quid enim aliud in mundo esse legimus / nisi superbia
vite. O / superbia cunctarum virtutum nouerca / quis te
creauit? quis te ad nos misit? quis te ad conuentus
diuitum et pauperum tam mirabiliter introduxit? Scio quod
deus te non fecit / nec te ad nos misit / nec ad conuentus
monachorum pauperum et diuitum introduxit. nec te dum
carnem assumpsit / assumere voluit / Sed tua inimica
humilitate dignatus est habitare inter bouem et asinum /
et subditus voluit esse marie et Joseph. Quid g° agis inter
nos? nam natura omnes vno modo genuit / vno mo
uiuunt / et moriuntur omnes. Quid ergo agis inter priuos
dei? quid ostendis eis? Cur eos inflas? cur inflamare

demonstras. nescis quod eternam vitam eis prestare non po
teris. Quid ergo eis demonstras propter quod elleuentur super
astra celorum et videantur sicut deus, et super eos ascendere
vellent si possent. O, superbia nouercam virtutum. mater
vitiorum. pater inferni. magistra erroris. caput diaboli.
vitiorum princeps. quid inter homines facis. quid eis pro
mittis qui te tantum diligere demonstrant. Ecce amatores
tui tam cito de altitudine cadunt. Ecce enim nabuchadono
sor quem tantum diligere videbaris, et tantum te diligebat,
tam fortiter te astrinxit, ut credere eum faceres quod nullus
maior esset in orbe, et ecce mox deflectitur, cadit, et
demergitur in profundum, et quasi bos fenum comedit.
Ecce quid accidit te diligentibus. Sed te non amantes
de stercore diuinitus eleuantur et collocantur cum prin
cipibus populi domini, solium glorie, honoris, et dignitatis, tenentes
in secula. Eya ergo fratres discite humilitatem habere, discite
superbiam conculcare, discite eam vitare, et ut mortem eam
conculcare. O, quam difficile diuitibus, o, quam penosum, o,
quam meritorium. Estote ergo pauperes, si vere humiles
esse cupitis. nam destructis vitiis et conculcatis faciliter
sancta perfectaque humilitas acquiritur, cum quibus fere
poterit habitare. O, diuitie dulcissime, et suauissime,
omnibus hominibus apparetis insipientibus, sed omni ve
neno mortaliores omnino estis. Venenum enim quis su
mere poterit nisi fuerit aliqua dulcedine copulatum,
sed commixtum dulcedini, faciliter sumitur, sic enim qui
recipit faciliter moritur. Sic qui diuitias amat, dulce

dinem videtur gustare / sed ecce mors inter divitias
latens hoiem superbu et ellatu divitem et inflatu aggre
ditur / et aggresso / occidit / et occiso ad infernum
pducitur. Ecce quantu nobis prosunt divitie mondi
huius / per quas insidiamur frequenter. p quas ellevamur
inaniter. per quas veneramur mendaciter. p quas
aiam supbam ad infernu diabolus semp expectat conducere.
Tollite ergo / o / fres mei divitias / et tulistis supbiam.
Tollite divitias / et infernus non erit. Date elimosina /
et omnia mundabuntur i vobis / o / fres mei / an ignoratis
q pauperibus non dare / tulisse est. Et merito qn quis
pot exurientibus subvenire / si non pascit / vita extinguit.
Et eos mori pmittit. pudeat et erubescat xpianus tol
lere pauperibus / quibus iubemur semp offerre. Ultra
omne iniquitate est divite velle fieri de exuitate pau
peru vel iudaru. Itaq fres amanda sut honesta
lucra / sed horreantur damnosa compendia. Nullus
audeat inde tollere unde debeat collecta dispergere.
Addendo perdit / qui retinendo collegerit. paupertate
potius ad se trahit / qui paupertatem egentiu pecunia
no repellit. O / fres mei veniet dies illa / veniet et
non tardabit / qn nobis dicetur / esurivi / et non dedistis
mihi manducare / et ultimo dicetur illis / Ite maledicti
in ignem eternu. O / fres si in igne mittentur illi q
sua non sunt elargiti / nec que cu labore lucrati sunt
pauperibus donaverut / Quid dicetur illis qui aliena
rapere non timuerut / Si cu diabolo ardent qui nudu

non induerunt, ubi putamus arsuros qui viduas et
orphanos, pauperesq; spoliauerunt. Non ergo spoliare
debemus pauperes, ut ditati habundemus in superbia
vite, sed elemosinas dare ut pauperes et humiles simus
non differamus. Sed et hoc non solum facere non suffi-
cit nobis, sed et proximum etiam ad hoc inducere festine-
mus, dicentes potentem habentibus, et rec terrarum rectoribus
quod non solum elemosinam porrigant, sed et quod regna
sua in pace custodiant, scientes quod remota iustitia
regna efficiuntur latrocinia. Multi enim sunt rectores,
sed pauci iustitie amatores inueniuntur. Nam cum quantum
fuisset a socrate, cur tam fortiter rideret in pplo
respondit. Video magnos latrones ducentes paruos latro-
nes ad suspendium, et alta voce clamasse fertur, o,
quam digniores estis suspendij qui in cathedris et domibus
habitatis latrocinia committentes, quam illi qui in siluis
cum tremore quotidie morari videntur. Quapropter fratres
nolite rapere, nolite fenerari, ut habundetis in super-
bia vite, sed diuitie si affluant, nolite cor apponere,
sed dispergite eas, ut humiles sitis, et imitari illum
valeatis, qui sequentibus se, dicet, venite benedicti patris
mei, possidete regnum, quod vobis ab origine mundi
paratum est amen.

De confessione.

De Confessione.

Dicere solent homines fratres. Deus cuncta nouit,
Apud eum, nec preteritum, nec futurum est,
omnia uidet, omnia ponderat, omnia nuda et aperta

sunt ei. Quare igitur vult ut confiteamur hominibus
peccata que nequiter gessimus, Numquid melius est cuncta
mala tacere quam ea predicare in tectis. Ecce quis dicet
peccavi super omnes homines, sed si cuncta hominibus
predicavero, omnibus peior reputabor a cunctis. Exemplo
quoque meo multi mala committent. Quomodo ergo debet homo
confiteri alterutrum peccata sua, o homo an ignorat
quod omnes peccatores sumus. Et si dicimus quod peccatum non habemus
omnes seducimus et veritas in nobis non est. Omnes enim
peccamus, omnes cum peccato nascimur, omnes in peccatis
demergimur et in factis cuius est unus de diei vita
super terram. Cur ergo timemus peccata confiteri, licet
enim omnia aperta et nuda sint ipsi deo omniaque presentia
Confiteri tamen oportet ipsi deo quoniam bonus est et in
eternum misericordia eius. Vult enim deus ut confi
teamur, non ut ignoret peccata nostra, sed ut diabolus
audiat, quoniam confitemur et penitet nos peccasse,
et peccatis confessis cum dolore et lacrimis non habet
amplius unde nos incuset. Ecce enim fratres diabolus
vult ut taceamus, sed deus vult ut confiteamur.
Non enim sufficit cessare a malo, nisi peccata que
fecimus cum dolore confiteamur. Nec soli deo
sufficit confiteri, sed alterutrum peccata nostra confiteri
debemus. Non igitur tardes confiteri deo, non
tardes converti ad dominum, nec de die in diem.
Subito enim ira dei et tempore vindicte destruet te.
O fratres mei qui usque nunc dormistis convertimini

ad deum in toto corde uro in ieiunio fletu, et planctu, Ecce
enim quia dicit in toto corde nos docet propha quod in corde
est fons penitentie. fletus uero ad oculum. planctus
aut ad os. sed ieiunium ad totum corpus refertur. O, homo
ne tardes conuerti ad deum, discute mentem tuam, discute
siue prospice singula corporis. Considera antequam ad con
fessionem accedas quod cor peccauit appetendo, oculus uani
tatem uidendo, os falsitatem loquendo, aures mendacia
audiendo, manus uerbera et homicidia pertractando, et
si non opere, saltem uoluntate, quis se excusare po
terit, pedes etiam uelocis fuerunt ad malum. Igitur
fres mei sicut exhibuistis membra uestra seruire immonditie
et iniquitati ad iniquitatem, ita et nunc exhibete membra uestra
seruire deo in sanctificatione. Primo enim cor quod mala con
cupiuit et cogitauit peniteat et doleat. oculus fleat sine
intermissione. os oret. aures audiant uerbum dei. manus
eliuosinam porrigant. peregrinos suscipiant. infirmos
foueant. nudos induant. pedes ueniant ad ecclesiam.
genua flectantur et laborent. quia sicut nullum fuit
membrum quod peccando deo non displicuit, ita nullum
sit membrum quod penam non patiatur condignam. dedit
enim nobis dns membra ut sibi seruiamus, non modo.
Sed heu fres celorum ciues et domestici dei facti sunt mundi
amatores fortius diligentes terrena, quam celestia, transitoria
quam eterna, res suas plus quam se ipsos, Non sic fres mei
non sic, quia ecce iam tempus breue, ecce iam tempus
prope est, Ecce iam nobis minatur, Surgamus ergo

qui panem doloris comedimus ad ecclesiam pergere festinemus et flentes
peccata nostra cum dolore confiteamur. Sed primo talis ordo tenen
dus est ut peccata premeditemur ut proferendo taliter et
circumstantias peccatorum deo et sacerdotibus confiteamur, ut a
pedibus suis non onerati sed alleviati discedere valeamus.
Et nolite fratres mei differre confiteri peccata. nam qui usque
quadragesime vel vite sue distulerit confiteri dat signum
quod hoc non libenter facit, non gratiose, non puro
corde, sed coactus hoc facere videtur. Sed coacta servitia
quantum deo vel hominibus placeant considerate. Non
ergo de die in diem differamus pandere cordis secreta.
Promisit enim deus veniam penitenti, sed non promisit in crasti
num differenti. Igitur non differamus, Sed cum ad confessionem
accesseris tu homo vel femina, cave ne rideas, vel ornate
incedas, ne fabulas primo proferas, sed cum humilitate
capite et dorso cinere vel celitio infuso confiteamur alterutrum
peccata vestra. Sed deprecor te, homo, ut confiteri non
paveas. Frequenter enim diabolus cor tuum astringit
ne confitearis, dicens. Quomodo confitebor hec et illa. O,
homo quotienscumque hec persenseris diaboli temptationes
esse non dubites. Cupit enim astringere nequiter ut in
peccatis positus sine magna temptatione semper agas que
ei placita sunt. Nolite ergo timere peccata confiteri, o
fratres, nam illud quod per confessionem scio, minus
scio, quam illud quod nescio. Cur times confiteri? peccator
est qui audit peccata sicut et tu, forsitan maior. homo
est. nihil differt a me. nihil alienum habet a me. Cur

ergo / o / pctor homi peccatori confiteri times. Elige quod
vis / Si non confessus lates i confessus / damnaberis.
Ad hoc enim deus exigit confessionem ut liberet humilem.
Ad hoc damnat non confitentem ut superbum puniat i eternum.
Confitemini / o / fres mei / et nolite differre. Ad mensam
igitur confessionis accedere festinate. Hec est salus aiarum.
dissipatrix vitiorum. oppugnatrix demonum. pavor inferni.
obstaculum diaboli. angelorum tunica. ecclesiarum fiducia. salus.
dux. baculus. lumen. et spes cunctorum fidelium. O / sancta
admirabilisque confessio. tu obstruis os inferni. et aperis
paradisi portus. O / confessio sine te iustus iudicatur
ingratus et pctor sine te mortuus reputatur. O / confessio
vita iustorum. pctorum gloria. tu sola es necessaria peccatori
et nihilominus iustis. Si quis reputatur te astringere
et frequentare te nihil denique remanebit in iudicio quod
fuerit fuerit per confessionem purgatum. O / confessio illibata
tanto pondere appensum est tantum valuit apud deum
qui hoc novit appendere latroni qui in cruce confessus
est deum crucifixum quantum si fuisset pro dno cruci
fixus. Ecce quantum profuit brevis confessio peccatoris.
Sed nos qui sacerdotes sumus et vtinam boni sumus caute
nobis vigilare necesse est et sollicite quatenus delinquentium
cordibus tanto moderamine verbum timoris et cor
rectionis infligamus. ut eos nequaquam a verbo confessionis
extenuemus / sic corda aperiant ut ora non obstruamus.
Sed nec solvere debemus etiam compunctum nisi videri
mus confessum / quia quod corde creditur ad iusticiam / ore

aut sit confessio sit ad salutem. Quisquis ergo verbum confessionis in ore habet, et in corde non, aut dolosus aut vanus. Qui vero in corde et non in ore, aut superbus aut timidus. Decet ergo sacerdotes esse tales ut cognoscant et sciant, quam, qualem, et quantam, exhibere debeant infirmantibus medicinam, Adiuvante domino deo nostro, qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum. amen.

De Morte.

. De morte.

Anima nostra fratres carissimi omnium creaturarum naturam participat ambit et capit, et tanto amplius quanto est gloriosius dei imagine insignita. Omne enim spirituale suum quia celum habet ad manendum, Angelos habet ad congaudendum, Gloriam habet ad habendum, et trinitatem ad fruendum. In ipso denique homine reposita etiam erat creatura corporalis et omnium corporalium in se, ad se, pro se, natura et tanto perfectius, quanto mirabilior erat omni corporeo, omnia possidebat, omnia sibi obediebant, quia omnia sibi subiecta erant. Astra ut lucerent. elementa ut valerent. Animalia ut subirent, et cibaria ut nutrirent. Oves, et boves, leones, et aves, obediebant homini sine ulla rebellione, et quid plura etiam quod maius est Quid est quod maius est, nisi quod divinum est. Quid est quod in homine divinum est, nisi quod imagine sancte trinitatis ipse homo decoratus est. Faciamus inquit sancta trinitas hominem ad imaginem et similitudinem nostram. quid est imago dei in nobis, nisi quod melius reperitur in nobis

Quid est quod melius reperitur in nobis, nisi ratio. Intellectus.
memoria. et voluntas. O homo audisti tuam gloriam, audi
et tuam miseriam. O homo natus de muliere brevi vivens
tempore repletus multis miseriis qui quasi flos egrederis et
contereris et fugis velut umbra, et numquam in eodem statu
permanes. nunc dives. nunc pauper. nunc languidus. nunc
sanus. nunc gaudens. nunc tristis. nunc sciens. nunc ignarus.
nunc videns. nunc cecus. nunc civis. nunc exul. nunc bonus.
nunc malus. Ecce quomodo stabilis es ecce quomodo permanes. O homo
ignoras quod potuisses non mori. Utraque enim potentia in manu
tua erat. Contempsisti primam et elegisti secundam. Contempsisti
vitam et elegisti mortem. Contempsisti dulce et elegisti a
marum. Contempsisti vitam eternam, et eternam mortem
eligere voluisti. Et unde hoc o homo. Numquid bonus
sanctus deo dilectus creatus es et tamen miserrime incras
satus impinguatus et dilatatus et calcitrasti deum factorem tuum.
Ecce elatus in superbiam ignarus de gratia Iustus devisti
cecidisti de lacu miserie in luto fecis in umbra mortis.
Ideo attende quid sequatur putas quod deus mentiatur
vel filius ut mutetur, Statuit enim ipse et sententiam posuit
ut quacumque hora comederis de ligno mori debuisses.
Numquid ludendo hoc dixit vel ludendo hoc asseruit.
omnino hoc mihi non apparet nisi quod experientia hoc
didici et oculata fide probavi. Numquid experior quod
post peccatum elementa que erant in summa et optima
qualitate mox post peccatum pugnare ceperunt. Est
enim ratio terre in carne, humoris in sanguine, aeris

in spiritu,

in spiritu / ignis in calore ratio esse dicitur. hec autem post
peccatum mox adinvicem preliari ceperunt et sic primi nostri parentes
infirmitatibus aggravantur dolore capitis, epatis, stomaci
omnium quoque membrorum vexantur. sic quoque moriuntur. sicque ad sepulcrum
ducuntur. Sed dicet quid est homo post mortem / Certum
est quod non est homo. Est tamen aliquid quantum ad duas partes
Que sunt ille partes nisi anima et corpus. materia et forma.
Anima enim non moritur non succumbit per mortem
cum sit immortalis omnino, nec corporis materia cum sit
una numero, Quia licet corpus resolvatur, non tamen ve
nit ad tantam resolutionem quod omnino sit nihil et quod cedat in
non esse, Manet ergo eadem anima semper et quid tanquam
divinum: Deficit tamen homo quantum ad esse. Omnes enim anime
spiritus sunt et omnia corpora terra sunt, et erunt quousque induetur
totum corpus, et glorificetur corpore videlicet et anima.
Si ergo petis quid est homo mortuus, Quid ergo aliud
dicere poterimus nisi quod terra est, putredo, cadaver
et fetor. Sed si petis de suo esse vides quod deficit. Si petis
de corpore, interroga terram. O iuvenes euntes et
potentes ad sepulchra patrum vestrorum considerate quid
fuerunt et quid sunt, Monumenta eorum aperiamus et
videamus, quis dominus, quis servus, quis pulcer, quis turpis,
quis rectus, vel curvus inter eos fuerit. Aperiamus
oculos mentis et corporis et nostram grandem miseriam
frequenter considerare non pigeat, Intremus sepul
chra et quid inveniemus dicamus. quid frater inve
nimus. nam si respexerimus mortuorum capita, renes,

et ventrem, verum et indubitanter verum mihi experto
credite quod in capitibus invenietis buffones saltantes
generatos ex cerebro. In renibus serpentes ambulantes
generatos ex lumbis. In visceribus vermes scaturientes
generatos ex eisdem. Ecce quid sumus, quid iam erimus, ecce
in quo resolvimur. Quid ergo inflaris, o, dives, cur ergo non atten-
dis que audis, cur turbaris cum prospicis, cur non converteris
cum hec quotidie experiris? Mementote fratres hec omnia
et agite penitentiam in fletu et lamento antequam veniant dies ille
amare et plene tristicie et miserie. Audistis iam quid
erat homo mortuus, restat nunc dicere de anima. O,
fratres mei de hoc quid dicere poterimus nisi concordia cum
fratribus vestris hic poterimus. Quid enim dicunt nisi quod
vel in paradiso cum gaudentibus, vel in inferno cum
dolentibus, sed si in purgatorio, in via eundi ad patriam
sunt, et isti iam bene sunt, quia securi sunt. Orandum
tamen pro eis est, eis toto affectu succurrendum est, orationibus,
elimosinis, sacrificiis, ieiuniis et macerationibus.
Isti denique sunt illi afflicti qui ad deum cotidie clamant
ad illum recurrunt, cuius scientia quotidie allegatur
cuius clementia ubique ponderatur, cuius potentia ubique
promulgatur. Isti quotidie clamant, quilibet pro se suam miseriam
deplorans, domine, scias quod vim patior, ideo ad te
revertor non contemnendo tuam scientiam, non amit-
tendo tuam sapientiam, sed interpello tuam clementiam,
non tamen domine iniuste patior, quia non pro alieno
delicto, sed pro meo patior, vim tamen domine patior

quia fortiter patior et iuste patior, peccavi dne substantias
et divitias congregando, nec pauperibus ut iusseras
sapienter distribui, sed multa infelix congregavi cum
dolore et merore, nesciens cui ea dimitterem amico vel
proximo. O infelix considera quid agis, animadverte
quid cogitas, dum cunctis diebus vite sue congregare
non deseris. O homo avaritia plenus, an ignoras
quod tria sunt insatiabilia, et quartum numquam dicit sufficit
nisi animus hominis qui numquam dicit satis. O homo an ig-
noras quod avaritia radix omnium malorum est, et servitus
est idolatrie, mater usure, genitrix simonie, fomes
culpe eterne, pene via, nutrix ~~Jehei~~ gehenne. O ava-
ritia abyssus insatiabilis, que numquam dicit sufficit. semper
famescis. semper doles. semper tristaris in cunctis. Nam
si sol quotidie nascitur, dolendo dicis, siccitas erit.
Si pluvia omnia perdita asseris. Si temperiem adeo prospicis
vel solem vel pluviam venire predicabis. O pestis terribilis. O
famelica rabies. nam omnia suis terminis clauduntur, sola ava-
ritia nullo clauditur fine. Omnia in homine vitia senescunt,
sola avaritia iuvenescit. O rabies omni fine carens
Numquid terra suis limitibus terminatur, aqua suis
finibus luminatur, aer suo fine concluditur, celum
suis terminis artatur, sola avaritia terminum nescit. O
Avare si terra tibi cuncta datur, mare queris. Sed si mare
quoque terra, aerem petis. Sed si terram mare et aerem pos-
sides, adhuc celum sitis. Sed si celum, terram mare et
aerem ambis, adhuc ipsum celum penetrare affectas.

et si celum penetraveris, adhuc non quieveris donec deo ade
quaveris et eris sup altissimo. O pestis demone frevior
nam demon filius altissimo esse voluit, sed avarus sup
deum si posset ascendere cupit, Merito avaris loquetur
dns in die novissimo. O homo sine honore mondum
intrasti in pellicula sanguine cruentatus, sine divitijs natus
es. sine avaritia te genui et tu in avaritia vixisti, et
dilatatus es in auro et argento, et oblitus es creatoris
tui. Ubi enim fructus laborum tuorum? Ite ergo male
dicti in ignem eternum, et sicut voluistis sic fiat. Ecce
sniam summi regis. Itaque nolite plus amare corpus quam
aiam. plus filios quam vos ipos. Ecce enim in Janua est dies
mortis. Tunc enim ille a suis excluditur. ab uxore
dimittitur. a cognatis separatur et sic ab eisdem ad se
pulchrum ducitur. O magna crudelitas. O magna admi
ratio, O mirabilis infidelitas. Ecce maritus dilectus ab
uxore dilecta relinquitur. filius a matre proijcitur. et pater
a filijs, et filij a patre sub terra reconduntur, solus dimit
titur, et quilibet ad propria revertitur, et cito oblivioni
traditur tanquam mortuus a corde. Ecce fres mei mondi
amicitia qualis vel quanta est. Non est enim aliquis
qui tantum amicum vel cognatum diligat qui per nocte
unam secum morari cupiat. Vide ergo homo quales amicos
heas et pro quibus mori cupias, vel pro quibus aiam
perdis, et pro quibus deum offendis, omnes dimittunt
te, omnes cito fugiunt a te, et in fovea trium brachiorum
collocabunt te. Nam cum essemus apud hostia tiberia

matre caritatis sonati expectantes temporis tranquillitate
remeandi ad affricam, et gratia illius cui terra et
mare obediunt compulsi a pontiano perfecto viro cla
rissimo qui Roma ad nos videndum venerat cum eodem
reversi sumus Romam ad intuendum diligentius magni
fica hedificia et opera paganorum et ductus sum cum ceteris
videre cadaver cesaris in sepulchro, Et putavi quod esset
omnino livido colore ornatum putredine circumdatum
sed ventrem eius dirruptum et vermium caterivas per
illud transeuntes prospexi, duo quoque famelici pasce
bantur in fovea oculorum, Crines eius non adherebant
capiti, dentes apparebant labiis consumptis, et relena
tum erat narium fundamentum, Et intuens matrem Johannis
fimam dixi ubi namque cesar corus puellarum. ubi magni
tudo divitiarum. ubi multitudo dominarum. ubi caterva
baronum. ubi acies militum. ubi canes venaces. ubi
equi veloces. ubi aves cantantes. ubi thalamus pictus.
ubi lectus eburneus. ubi thronus regalis. ubi mu
tatoria vestimentorum. ubi capilli solares. ubi facies
decora. ubi omnia que sub celo sunt? Te namque vere
bantur homines. te timebant principes. te colebant
orbes. te timebant omnes. ubi nam et queso sunt hec
omnia? A quo recessit tanta iactantia. quo iuit tanta
magnificentia? Et respondit mater pietate plena omnia
sibi pariter defecerunt quando defecit spiritus eius et reliquerunt
eum captivatum in sepulchro brachiorum trium.
plenum putredine et fetore. Eya ergo fideles considerate

quid sumus / animaduertite ad quid deuenimus. prospicite
quid igitur iam sumus. Agite pniam filioli mei quos iterum
parturio donec reformetur in vos xpus. Agite pniam
antequam mors inimica nature vos aggrediatur. Statuatis
simplicem vobis vtilem / humilem / secretam / frequenta
tam / promptam / amaram / lacrimosam / et festinam confes
sionem / cum horam mortis omnino ignoremus. nam
cum in extrema egritudine fueritis fres / o / quam forte / o /
quam durum / o / quam penosum / o / quam lacrimabile erit nobis
penitere et dolere de malis commissis / et de bonis omissis.
Quare hoc erit? quia illic capitur tota intentio mentis
vbi est vis doloris / Multa .n. tunc occurrunt impedita
nam corpus dolet / pena affligit / quia mors apropinquat
intrare filios quos pres sume dilexerant / pro quibus etiam
se damnatos existimant tenebroso oculo aspiciunt / vxores
iam lacrimantes considerant / Mundus eis adhuc fi
duciam prestat / diabolus ne de pctis doleant fidem tri
buit / et cirographum infirmantibus constituit / Caro non
deficere adhuc sperat / Medici ut lucrentur confortant /
parentes plaudunt / sacerdotes alliciunt / et sic diuites
moriuntur et in inferno sepeliuntur. O / homo audisti
quid locutus sum / omnino crede / quia cito omnia experieris.
Obsecro igitur te ut antequam infirmitate graueris pe
nitentiam agas / dispone domum tuam / fac quod fiendum est /
Testamentum fac dum sanus es / dum sapiens / et dum
tuus es. nam si expectaueris infirmitatem / minis omnino
duceris vel blandimentis quo tu non vis. O / homo dum.

cum xpcola

Iuuenescis dispone domum tuam, Age penitentiam, dilige deum non
solum verbo, sed opere et veritate (et si proximum offendisti
verbo placa cum verbo, Si facto placa cum facto, quia
eadem mensura parcetur vobis, qua pepercistis aliis.
O, homo fac penitentiam, Memorare nouissima tua ut in
eternum non pecces, Reuertere ad te ipsum memorans quod fuisti
spermaliquidum, quod modo es saccus stercorum, et quod eris cibus
vermium. Hec enim sunt nouissima que cogitare debet quo
tidie qui fidelis est. O, homo memorare nouissima tua
quia post mortem nascetur tibi sermo de lingua pro peccato
lingue, de stomacho ascades pro peccato gule, De spina
renum scorpiones pro peccato luxurie. De cerebro buffones
pro peccato superbie. Memorare nouissima tua, o, Iuuenis
qui floride ambis et pergis capite eleuato, cuncta que
dei sunt despiciendo. Memorare nouissima tua quia terra
es et in terram ibis. Memorare nouissima tua quia conceptus
es in culpa, natus es in pena, viuens in miseria, et necessario mo
rieris in angustia. O, homo cur te iactas fortitudinis, Ecce nunc
modicum infirmaris et deficis Cur inflaris sapientia, ecce quia stultitia
est et eam perdes et tuam scientiam reprobabo dicit dominus. Cur inflaris
scientia. Numquid philosophis obscuratum est cor in cogitationibus suis
euanuerunt. numquid et traditi sunt in reprobum sensum? Cur te
iactas generis nobilitate, numquid nascendi omnium conditio
vna est? numquid et moriendi conditio vna? Quis nobilium
vnquam natus est sine sanguinis cruentatione? Numquid nobilis
simul cum paupere per eundem dum nascitur meatum transit?
A regula etiam mortis numquid parcitur et diuiti? Cur

divitiis te iactas / Ipse enim potius insidie sunt, tibi quam amicitie.
Nam pauper fere occidi queritur / sed dives semper insidiatur.
Memorare / o / homo novissima tua qui quotidie epularis.
quo nudus venisti de utero matris / et nudus reverteris.
Eya ergo fratres domos vestras pauperibus aperiatis, elimosinas
faciatis, voluptates vestras subiugate rationi in cunctis me
morantes novissima vestra ut mortaliter non peccemus
in eternum. Adiuvet nos deus sine cuius voluntate folium
arboris non movetur ad perficiendum ea que placata sunt
ei qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Sermo de eodem.

Sermo de Eodem.

Fratres karissimi si de vite huius naufragio atque
comprimde mortis comertio cogitaremus. o / quam fasti
diose / o / quam tediose / o / quam inenarrabiliter tederet
vivere / sed / o / quam festinanter mori in domino concupisceret
unusquisque. O / quam beati mortui qui in domino moriuntur. nam
ut colationem quandam breviter faciamus Conferamus si
placet de vita presenti que initium dolorum est et quasi per amicum le
gittimum quid potius appetendum sit vivere male / an bene
mori discutiamus. Nam bene vivere dicere audeo quod nemo potest
Omnis homo mendax est. Ideo apostolus videns aliam legem repugnantem
membris suis, legi mentis exclamabat / Cupio dissolvi et
esse cum xpo. Denique quis vivere potest sine molestiis. nam esu
rire, sitire, falsari, et omnia mala pati commune est nobis et
amicum est nostrum et vere amicum nostrum est malum quare quia
nisi quia nos relinquit numquam semper tecum est. numquam hominem
deservisse perlegimus. Amica domestica cuncta mala nobis

sunt et que in terra nobis sunt cupere, amare, odire, fornicari,
occidi, rapere, vel furari, non ne hec omnia amica nostra sunt,
omnino negare non possum. Quis ergo passionibus modus erit?
Quis a labe peccati innocens? Quis sine peccato vivere potest? Ergo
omnis homo mendax, omnis homo fallax, denique audacter prenuntio,
quia vite principium hominis initium doloris est et calamitatis. Hec enim
que diximus philosophi nostri cartaginenses non ignoraverunt quin in ortu
puerorum lugebant, sed moriendo gaudebant et epulabantur quotidie
splendide credentes et scientes quod homo ad laborem nascitur et moritur
ad requiem. O mors desiderabilis. O mors amica amicorum dei,
omnium laborum presentium finis. O mors laboris mei requies et quietis
mee principium, quis potest tuas utilitates enarrare. Nam male
mori christianorum non est, sed bene mori cum christo vivere est. O future
beatitudinis mors et felicitatis principium, valeas fidelissima amicarum
quam si possem libenter te raperem, libenter te gustarem, omnes
enim cogitationes mee, omnes labores mei te expectant et
instigant ad amorem tuum ut tempestiva venias. Cur ergo
mori times, o serve dei. An ignoras quod dictum est beati mortui
qui in domino moriuntur. Qui sunt isti qui in domino moriuntur fratres
nisi qui hospitem receperunt, nudum induerunt, famelicum satiaverunt,
infirmos visitaverunt, mortuos sepelierunt, qui iustitiam ser-
vaverunt, qui falsum testimonium non fecerunt, qui sanguinem
non fuderunt, qui usuram vel rapinam non commiserunt. Isti sunt illi
beati qui in domino moriuntur ad quorum mundi recessum panduntur celi,
letantur angeli, et omnes sancti obviam solenniter occurrunt
intrantes sanctam civitatem. O quam beatus eris homo si hospes
dei fueris vel celorum civis et si in civitate illa celesti mora

perfeceris, Tunc .n. in die tui exitus deus gratias re
ferre non pigrescet dicens dns Servo Creator crea
ture, Gratias tibi ago quia hospes servi et collegisti
me. Ideo venite benedicti percipite regnum patris mei,
pro temporalibus eterna pro corruptibilibus celestia, pro
transitoriis felicissima suscipite, Sed ad tantam felicitatem
adipiscendam non solum sufficit bene agere, Eleemosinas dare,
Nudos vestire, sed etiam declinare a malo, Ecce enim Sal
vator nos invitat et ad amorem eterne celestisque
patrie introducere nos cupit et cupit nos honoratos
et mundos aggredi, nos primo visitare dignatur
Febres veniunt, dolor capitis sentitur, venter
dolet, Stomachus inflatur, Hec enim sunt
dona dei, hoc est bonum quod tibi promittit. hic
est preco qui clamat ut peniteas et confitearis
ut viaticum digne suscipias, Et ideo dum infirma
mini fres statim paretis vos ad mortem, Inducatis
presbiteros tam cito petite confessionem, eucharistiam,
et unctionem petere festinate, Quibus receptis veniat
doctor doctorum qui pro salute nostra mori vene
rat, secure pertranseat quoniam inveniet in te
mansionem paratam et beatis angelis assonatus
indefessa voce cantare non desistet Gloria
in altissimis deo et in terra pax hominibus
bone voluntatis, Quod nobis concedat
qui est benedictus in secula
A M E N

Incipit sermo sancti augustini de lingua dolosa.

Copio vos scire fratres karissimi que sit lingua dolosa, a qua eximius prophetarum david postulabat a domino liberari. dum dicebat. domine libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa. Et ideo scitote fratres quod non solum est lingua dolosa illa que seminat inter fratres discordias. que suscitat lites. que incitat furores. que tunc etiam conventus conturbat. Sed etiam illam dolosam linguam dicimus. que te laudare adulando procurat. dicens in facie te esse quod non es. A talibus autem deum deprecari debemus ut liberet et liberemur. Quare ab his liberari debemus petere. Quare ut morte fugere debemus. nisi quia adulatores sunt quia mendacia diligunt et faciunt. quia falsitatis inventores sunt. quia diaboli fratres sunt. quia veritatis destructores. quia puritatis deviatores. quia odiorum inventores. quia diaboli ioculatores. quia sathane mediatores. quia dei persecutores. quia animarum infectores. et omnium malorum inventores. mel in ore et portantes. et venenum aspidum insanabile in corde hominum conspuentes. Ecce propter quod a domino liberari postulare debemus. O iniqua lingua dolosa. O iniqua proditio. O pessima diaboli astutia. O grandis malitia. non solum per amara verba sed etiam per dulcia homines illaqueare procurat, ut secum eos perducat ad tartara. nam si homo ab homine leditur, obprobria. contumelias. et iniurias patitur. inimicus reputatur ab eo omnino credo quod me non diligit. omnino oportet me custodire ab eo dicet homo. Sed si deo placere volo me oportet alteram maxillarum sibi prebere et totum portare

in patientia. vel malum pro malo non reddere. Ecce quo ad talia remedium est. Sed si homo beatum me predicet et verba adulationis non cognovero quod remedium habere potero. Ideo fratres non solum lingua dolosa est illa que malum inter fratres committit, sed illa que adulatur. Si quis tamen verbo non offenderit hic perfectus est vir. Sed quia nemo perfectus in via non necesse est ut alter alterius onera portemus. Nemo tamen alterius onera portare potest nisi qui habet caritatem. Sed qui caritatem non habet, non solum onera proximi portare non valet, sed nec etiam sua. Quid enim facit qui caritatem non habet. Ecce statim de sancta festuca trabem facit, verbum pro facto reputans, factum fuisse putat. Et sic dolet. clamat. tristatur. minatur vitam proximo dilacerare. Et sic consumitur ille qui caritatem non habet. Et onera alterius portare nescit. mori et frequenter desiderat, sed mori non potest. Vos vero fratres non sic. Sed si verberamini a lingua, non turbato animo, non corde inflato, sed humili et tranquillo dicite. domine libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa. Sic in homine caritatem habente excitatur frequentius ano amor caritatis inflamatur et enim cor et ardet reviviscunt viscera pietatis, et sic clamare non cessant qui tanguntur a lingua dolosa. deficit in dolore vita mea et anni mei in gemitibus. Amen.

De Morte & pia consolatione remanentium.

De morte et pia consolatione remanentium.

Fratres quis est homo qui non videat mortem. Accedant omnes fortissimi, videantur omnes feroces.

loquantur omnes principes et barones qui terras et ciuitates componere
voluerunt / Sonetur tuba / congregentur omnes in vnum / veniat
sanctus pater adam cum sapientibus suis / veniat plato /
aristotiles / et ille carus moralis apostoli pauli sotius / qui
tantum ascendere voluerunt quod quomodo deus erat principium creans
et principium mobile mouens inuestigare voluerunt. Dicite nobis
o / sapientes vidistis mortem timuistis eam concussistis plorastis
et forte remedia cuncta parastis ut mortem non videretis et
tamen sibi resistere non potuistis / quare? quia nullus est homo qui
viuat et non videat mortem. Dicetis ergo vos principes / barones / et
ubi sit potentia vestra? Ubi potentia ebergigantis qui terribi-
lia in terra et in mare fecit? Ubi potentia Neroe qui magnalia
fieri iussit? Ubi potentia assur assiri et victoria quod ninive
ciuitatem grandem edificare cepit? Ubi potentia et victoria
nachor iunioris qui troyam destruere temptauit? Ubi potentia
et iustitia phoreni qui leges in grecia condidit? Ubi sapientia et
potentia gathonicis qui grecis litteras primitus adinuenit?
Ubi astutia borfei qui primo naues construxit et nauigare
primo cepit? Ubi speculatio et cleas qui pingere et primo
fabricare cepit? Ubi potentia seghor qui sexcentos viros
uno vomere occidit bellatores? Ubi sunt qui conuentus
disponebant et festa? omnes dicere possunt fratres nullus negare
poterit hoc quod non viderit mortem / quod non reliquerit cuncta /
quod non timuerit valde / O / seuissima / O / mors fidelissima /
O / mors necessaria / rapis filios / neque compateris parentibus /
rapis patres / nec parcis orphanis / rapis matres / nec parcis
pupillis / O / mors quam magna potentia tua / quam terribilis /

domer

No.

quam fortis quam mirabilis dominatio tua, ubique magna, ubique terribilis,
ubique summe timenda, ubique expectanda quoniam non tardabis.
Nam o mors quosdam rapis in antiquitate et senio, quibus
dicis non veniam tempore hiemis, quia tempus sanitatis est
humores equales sunt, colera modo non crescit. Secure ergo
dinas. Ecce quomodo in antiquitate et senio rapis. Quosdam rapis
in atrocitate et gladio, quibus dicis, tempus veris tempus novitatis
est, cuncta renovantur egredere foras vade venatum
et egresso ecce inimici iam veniunt, vel fere ut venando
te devorent. Quosdam rapis in infirmitate vel lecto, quibus
dicis non veniam quia tempus estivum est et iocundum omnino
non veniam. Ecce qua hora non putant egreditur mors.
Quosdam rapis in calamitate et suspirio quibus dicis, Estote
securi, o pauperes, ecce fertilitas, inopiam non portabitis
quos mox cum aggrederis numquam saturaris et numquam dicis
sufficit. Quis est homo qui non videat mortem. Et ideo nos
stupeo sancte catholice fidei penitentes spe resurrectionis dota-
tos fideles, quomodo tantum de filiorum vel amicorum morte potestis
dolere, Numquam spes cum dolore concordat. Si ergo spem
resurgendi ut putatur habetis, cur mortem amicorum ploratis.
Numquid qui dederat abstulit? numquid qui creaverat rapuit?
numquid qui vivere iussit ad tempus mori precepit? Ipse denique
comodaverat ut cum eis habitaremus quanto tempore voluisset
et cum vellet rursum sine dubitatione auferret. Nihil
abstulit dignum tuum qui dignatus est hodie recipere suum
Iniuriam nemini facit, de eo conqueri nemo audeat
Nam licitum est recipere in quacumque parte homo suum inveniat,

quadromagis ille qui ex nihilo cuncta creauit. Nolite
ergo flere. nolite tristari. quia suum rapuit non alienum. Nolite
flere sup dormientes sed sup nos ipos fleamus dicentes Pec
cauimus dne sed miserere. Et Iterum cum sco viro Job doci
ferare memento te. dns dedit dns abstulit. sit nomen eius
benedictum in secula. Sz dicetis numquid dns fleuit. numquid laza
rum mortuum ploraut? Numquid et tu matrem defunctam
apud hostia tiberina longo tempe fleuisti? Medice ergo primo
cura te ipm. O fres mei dnm fleuisse negare non audeo.
Sz quid fleuit numquid lazari morte? numquid lazarum dor
miente? absit. Sed quid flebat? quid dolebat? nisi lazarum
resurgentem ad miseria reuertente. flebat igitur dns
quia cogebatur pp saluandos alios lazarum ad sclm reuocare.
Hanc uitam lazarum uitare fleuit dns quia uitam nos + intrare
miseri dolemus ab amicis nris ablata. Fleuit etiam epus
uester non mortem matris sed dolorem que multis annis
ppane passa est. pp me passa est. Eya g° fres no fleamus
sed gaudeamus quia de aliena prouincia mundi transiuit
ad dnm et de hostili miseria transiuit ad celum. Non igitur
luctus debet incutere quemquam fidelem cum de peregri
natione meruit uolare ad pria. Quare hoc? quare
meruit uolare ad pria? quia luxuriose non uixit
quia licet aliqn peccauerit tamen pem et filium et
spm sanctum non negauit sed credidit et adorauit.
Ideo inanis et uacuus recessisse non creditur quia
xpianitatis mercatus est lucrum. Sed quis est qui
xpianitatis lucrum possit mercari? Solus ille qui.

bene vixit. Solus ille qui dei voluntatem adimplevit. Et quis
est qui dei voluntatem adimplere possit? Solus ille qui dicere
potest, Renuit consolari anima mea memor servi dei quorum
numerus brevis est, Quomodo hoc scimus? quia hoc fieri vide-
mus. Ecce non in deo delectamur, sed in organorum sonitu et
in equorum cursu, in accipitrum volatu, in mulierum venustis
aspectibus, in vestimentorum varietatibus, in campis et
pratis florentibus. Et quid plura, Ecce puer in pomo, vetula
in pecunia, Rex in regno, Miles in ense, Rusticus in tempus
temperie sperat. Ecce quomodo pauci dicere possunt, Renuit con-
solari anima mea memor servi dei. Et ideo fratres nolite iniquos
agere, nolite mortuos flere, sed nostra et eorum peccata discite
deplorare, discite tempus perditum recuperare, discite eleemosinas
dare, discite confessionem devote suscipere ac etiam sacramenta.
Ecce ut videtis magna quodammodo mortalitate nos visitat
et inaudita. Multi enim apud Iponem heri comederunt et
riserunt et festum fecerunt, sed ut videtis hodie ad tumulum
deportantur, Et ideo festinemus, non cras, sed hodie confi-
teri, et deplorare non mortuos sed peccata ut diximus. Dicite
etiam mane et sero. A subitanea et improvisa morte libera
nos deus Israel. et sic dominus dignabitur nos exaudire
ut pronunc non moriamur. Scitote tamen quod statutum est cunctis
viventibus semel mori. Et ideo si supervixerimus scitote
quod minatur nobis dominus, Ipse enim pauci est et nunc fame
et mortalitate nos punit ut nos ipsos agnoscentes revertamur
ad deum. Expectat nos quotidie. Nobis etiam minatur
quando propinquos nostros de medio nostrum tollit. Ideo fratres

rogantes reuertamur ad eum ut fuga nra non fiat
in hieme aut in tpre frigoris et penalitatis, sed in calore
caritatis inueniamur accensi qui vocari merebimur
a domino de ergastulo mundi huius siue mortis. Adiuuet
nos et liberet ipe deus sicut liberauit tres pueros
de camino ignis ardentis. Amen.

A Judices.

Ad Judices.

Rogatus a vobis o Judices licet cum fortunato pbro
manicheorum longa disputatione grauatus, ser-
mone vra de victus deuotione facere deo auxil-
liante non distulimus. Ecce nunc congregati estis in domo
epi. Conuenistis omnes in vnum non ut sophismata audiatis
non vt poetarum curiositates intelligatis non ut vos btos
predicem ee. sed solum ut quod necessarium sit audiatis
et audientes operibus impleatis. Vos enim reputati estis
ab hominibus duces populi. Judices terre. Orphanorum pres.
viduarum mariti. Justicie zelatores. Reique pnce amatores.
Cauete igitur ne corrumpamini odio. amore. pretio. vel precibus.
vel timore. Decet igitur Judices non solum que diximus
implere sed cum dei adiutorio calcare superbiam. abhominari
luxuriam. abhorrere falsitatem. detestari auaritiam, que nouercha
dicitur ee et inimica Justicie. Ipsa est enim que prez nescit.
iurem ignorat. amicos prodit. et seipsam relinquit.
Decet igitur Judices non auaritiam, sed largitatem sectari et
amare. pmulis pupill atque orphanis faciem serenam sere-
nare, non solum verbo sed et opere demonstrare. Non
enim auertere faciem debent nec priores dedignentur

auaritia

conservare fideles, nec erigant cervicem alios despicientes,
scientes quod moritur doctus pariter et indoctus. Decet igitur
judices gratiam quam divinitus acceperunt sollicita mente custo-
dire, fidem quoque rectitudinis conservare. Decet proinde
judices cultores esse clementie. cunctis benignos se exhi-
bere. tardos ad iram. ad misericordiam promptos. In
adversis firmos. In prosperis humiles atque cautos. Et
quibuscumque dignitatibus sublimatos agnoverint seipsos.
caveant ne inferiores despiciant. Decet denique
judices in lege doctissimos esse, ne dicant bonum malum,
legem sanctam ignorantes. Decet inquam judices plus
deum quam homines timere. plus de salute animarum cura-
re quam corporis. plus honorem dei quam marsupia plena
diligere. Sed veh vobis, o judices, veh vobis in eternum
et ultra, quia non est in vobis veritas. non misericordia.
non justicia. non scientia. Quid inter vos regnat nisi
avaritia. mendacia. clamor. apparentia. perversio sacre
legis. id est malum bonum. et bonum malum. et acceptio personarum
non est veritas. abiit a vobis dei et proximi dilectio.
O, pauperum non patres sed predones. quare non patres?
quia a vobis ubique opprimuntur. non est qui misereatur
pupillis dei. Si autem dives loquutus est, mox omnes
tacuistis, et causas suas usque ad nubes perduxistis. loquutus
est pauper et dixistis Quis est hic? O, judices sciam
mundi amantes, videte quid agitis. nam sciam mundi
pleni estis, in ipsa moriemini. Que est enim sciam mundi
nisi thesaurum acquirere per phas aut nephas. decipere

proximum. mentiri. iurare. iustitiam caute pervertere.
et his similia in cunctis agere. Ista est sapientia huius
mundi. In istis tota vera intentio fere consistit. Audite
qui iudicatis terram. Sapientia huius mundi, stultitia
est apud deum. Sed dicetis, o, epe, hanc scientiam non
amamus. furtum non committimus. etc. quare? quia
nihil aliud recipimus nisi quod voluerit nobis libens
donare. dico autem vobis quod fecistis quod facere po-
tuistis. Fecistis enim casus leves graves. nam licet
vi non rapueritis et proximum non deceperitis, la-
trones tamen esse non destitistis atque raptores. latro
enim timet malum, et ubi non potest furari non furatur,
tamen latro est. deus enim cor interrogat, non malum.
lupus quidem sepe ad ovile veniens non aliquid ra-
pit, quia latrant canes et pastores vigilant. Sed
numquid non lupum esse dicemus? absit. Sic et
vos facitis quod potestis. Eya ergo audite, o, iudices
ne cum falsis iudicibus susanne confundamini. Susci-
tabit enim dominus spiritum danielis inter vos et confundet
falsos falsos testes cum iudicibus, et tunc scient quid
sibi profuerit malitia sapientia et malitia huius mundi.
Audite, o, iudices quid per ozeam prophetam dominus dicat,
visitabo inquit populum meum et iudices, et vias eorum
et cogitationes eorum reddam eis. O, quam horrendum
est incidere in manum dei viventis. O, quanta ultio erit
de vobis in die iudicii. Expellentur enim mali iudices
de domo domini et ponentur in loco ubi erit fletus

no.

et stridor dentium. Ideo aperite cordis portas. Surgite
qui doruntis. audite Isaiam, non cras, sed nunc. Ait
enim Delinquat impius viam suam et vir iniquus
cogitationes suas, et revertatur ad dominum et miserebitur
eius. Currite, o, Judices ne judicemini ad prenum mortis.
Querite veniam. Reddite que abstulistis illicite. Que
rite deum, quia prope est omnibus qui invocant eum
in veritate. Ipse est qui sanat contritos corde. Am
bulate dum lucem habetis ne tenebre vos comprehendant.
Cogitate quid estis, et quo ituri estis. parietes enim pre
dicant. mortui sepultura clamat. Infernus ululat
ululat. demones expectant. Sacerdotes cantant.
Quid ergo superbis terra et cinis, o, Judex qui deum
non novisti in vita, dum transis per sepulchra patrum
tuorum memento quia terra est es et in ipsam ibis.
ubi superbia eorum. ubi scientia. ubi divitie. omnia tamquam umbra
evanuerunt. O, Judex quid es considera. O, pulvis et
cinis ne tardes converti ad dominum. Juxta est dies per
ditionis et adesse festinant tempora. Nemo tamen vestrum
desperet, sed in misericordia dei confidat. Nulla
culpa tamen est que non habeat veniam. Illam cogita
peccatricem. dominam luxurie. vane glorie matrem. soro
rem marthe lazarique. peniteas ut illa. age ut illa.
Adiuvet nos ipse deus et homo qui pro nobis nasci
dignatus est etc.

. De pace.

De Pace.

Ares kmj, o, si scietis quanta sit virtus.

pacis et quantum nobis in solitudine degentibus necesse sit.
Tanta est enim virtus pacis quod in eius dignitate apostolus
omnes epistolas suas scribebat dicens. pax vobis et gratia
a domino nostro Jesu Christo. Hanc autem salutandi formam
apostolis dereliquit Christus tamquam summum bonum et sine quo nullus
vivere debet. Sic etiam pater celestis elementa et planetas
ceteraque insensibilia ordinavit ut vinculo pacis simul
complecterentur. Sic etiam ordinavit gloriosos exer-
citus angelorum ut post eorum descensum nulla esset
inter eos discordia sed pax plena atque perfecta. Hec est
illa gloriosa pax que fluctus malarum cogitationum
eruitat. mentem fluctuantem illesam reservat. con- eructat
scientiam purgat. Qui pacem cordis oris et operis non
habet christianus dici non debet. Qui in hac non sperat non
in lubrico vitam et pedem ponit. In tempestate navem
collocat. in precipitio se illaqueat. In arenaque seminat
semen. Hec est illa perfecta pax que mentem a vitiis
purgat. et vermem conscientie rodit. O pax heremi-
tarum mater. cenobitarum pater. monachorum soror.
patriarcharum vinculum. tu prophetarum vehiculum. tu
apostolorum refugium. tu martirum solatium. tu confessorum
balneum. tu virginum tripudium. tu viduarum speculum. tu
coniugatorum spectaculum. tu malorum presidium. tirannorum
odium. tu latronum suspendium. O pax dei edificium, te non
possunt destruere principum fulmina. insultus demonum
te in nullo ledere possunt. Tu pauperem divitem facis.
Tu divitem mendicantem producis. Tu contenta in cunctis.

Tu ditior universis. Tu homines filios dei facis. O, pax
sine te regna nil valent. Numquid sine te ieiunia. orones
eleemosine. ceteraq; bona nobis prodesse pnt? absit. O, mo
nache hēto pacem in cunctis. nam si fratri irasceris. Si
proximū odis. tibi contradicis in orone dnica. dimitte nobis
dne debita nra sicut et nos dimittimus debitoribus nris.
O, monache si pacem non diligis et proximū odis, quo
iure, quo pacto, qua fronte tibi petis debita dimitti.
qui proximo ranchorem non dimittis. habeto igitur
pacem cum omnibus, omniq; tamen vitia odientes. hēte
in ore, in corde, et pacem in opere. nam si caym pa
cem hūisset in corde non irruisset in fratrem. Si ab
solon hūisset pacem in ore non impugnasset prem.
Si iudas hūisset pacem in opere non fugisset ad laqueū.
O, q̄ bonū. O, q̄ iocundum. O, q̄ diuinū est habitare
fratres in unū, et unū sit cor, una voluntas, una
omniq; aīa et forma viuendi, nam diabolus intrare non
pot domū uel mentem in qua pax dominatur. O, q̄ ergo
iocundum hitare fres in unū. Tanta est enim supere
minentia istius virtutis q̄ de ea propha prius mirare
q̄ onderet quid eet, uel quid utilitatis hret. O, q̄ grandē
amiratione preposuit qn dicit ecce. O, q̄ mirabilem
et utilitatem pdicat qn subiunxit. q̄ bonū et q̄ iocun
dum. Sed scire debetis fres mei q̄ qdam sunt bona
sed non iocunda. qdam iocunda que non sunt bona.
verbi gratia. bona sūt ieiunia. vigilie. macerationes.
et similia. hec enim bona sunt sed non iocunda, quia caro.

ni. eis non iocundatur sed leditur. Iocunda quippe sunt comes
sationes. ebrietates. et huiusmodi. sed non bona. hec agentes
letantur cum malefecerint et exultant in rebus pessimis.
O, monache vix poteris invenire in presenti unum quod sit
bonum et iocundum. Cupis tamen illud reperire. perquire
pacem et amplectere ipsam ipsam. hec est enim sola virtus
que bonum habet et iocundum. hec est illa bonitas que nos
habitare facit unius moris in domo, simulque vivere. simulque
mori semper optamus. In presenti enim simul habitamus. in futuro
capientes bravium iocunditatis eterne. O, pax tu mentis
serenitas. animi tranquillitas. cordis simplicitas. amoris
vinculum. caritatis consortium. hec est illa summa felicitas
que simultates tollit. bella compescit. iras comprimit.
Superbos calcat. humiles amat. discordes sedat. et inimicos
concordat. cunctis placet. cunctis optatur. Sed a cunctis
malis illa que bona est pax subinergitur et oditur
ut mors. O, pax tu nescis extolli. Ignoras inflari.
Beatus qui te habet. Maledictus qui te odit. et qui te impedit.
et frangit inter omnes homines, quia antichristus est, et
filius perditionis. O, pax qui te habet teneat. Qui te non habet
perquirat, si filius dei esse preoptat. O pax tale bonum
es in rebus creatis tam mirificum tam gloriosum. quod nil
dulcius solet audiri. nil delectabilius concupisci. nil utilius
possideri. Spiritus enim humanus sicut numquam vivificaret membra
nisi fuerint unita, sic spiritus sanctus numquam nos vivificat
nisi pace uniti fuerimus. Nemo tamen est ut diximus qui
non velit pacem, Interroga omnes si pacem velint

Omnes imo ut omnia una voce dicent hoc amamus. hoc optamus. hoc volumus. Si ergo fres homines pacem amant, amet et iusticiam, quia due amicitie sunt carissime. Iusticia enim et pax se osculantur, Sed si amicam pacis non amaveris, numquid ipsa pax te amabit? numquid tecum habitare desiderabit? absit.
Amate ergo pacem diligentes iusticiam, hec enim pax hominibus bone voluntatis datur ab angelis. Numquid et prave voluntatis pacem offerunt angeli? absit. Et qui sunt prave voluntatis tantum, quantum illi qui superbo oculo et insatiabili corde, numquam dicunt sufficit. tales numquam habere possunt pacem. Propterea fres mei ex quo mundum calcare cepimus. terrena cuncta despicere. non divitias appetamus, nec nos qui pauperes sumus in heremo sumus ad superbiam divitiarum extollamur. Nullo enim modo decet nos ut in hac vita solitaria ubi senatores fiunt laboriosi, fiant opifices odiosi otiosi, et quo venimus relictis divitiis, qui fuimus predicorum domini hic sumus rustici delicati. Ille denique fres vere pacem habet, qui nil seculi appetit possidere, hic tranquillus est, hic gaudet de bonis cunctorum, pagano illo dicente. Quietissimam vitam agerent homines in terra si hec duo verba, a natura rerum omnium tollerentur, Meum et Tuum. O, beata paupertas uberibus pacis plena. ubique secura. ubique illesa. ubique cunctorum amica. Nam qui te amat, veram pacem amat. Qui vero non te amat, omnem tranquillitatem ignorat. Sed dicet quis servorum dei Ecce divites video superbos. ellatos. impios. et omni bonitate perfecta carentes. Unum tamen apparet quia pacem habent ad inimicem, Quid ergo? numquid gaudere debeo.

de eorum neque

nescio uel de eorum neq̄ concordia nescio uel tristari, O
monache scias q̄ sicut multum nocet discordia inter bonos
Ita ualde dolendū qn̄ pax est inter malos tunc ei augentur
omnia pessima que fieri et cogitari per hoīes pnt qn̄
mali pacifice viuunt tunc mondus aliqualiter tranquillatur.
Nam sicut concordia malorū contraria est bonorū, Ita op-
tandum est q̄ boni pacem heant, & mali sint dis-
cordes. nam per discordiam alii mali optimi efficiuntur
cognoscentes quid sint et quid futuri sint, quia dū tribulā-
tur et eorum facies ignominia replentur, alii querunt nomē
dni quod tempore pacis inuenire nō pnt, O q̄ abhoīale
erat in corde eorum, Orandum tamen est, ut et boni
in bono teneantur usq̄ in finem, et mali conuertantur
anteq̄ ad finem pueniant, Vos aūt fres pacem amate
que custodiat corda ura et mentes vestras.

De vita heremitica & filio prodigo.

Pax uobis fres kmi qui cū maria optimā partem ele-
gistis dum mōdū et pōpas eius cōtenere uoluistis. Vo-
luistis terrena despicere sanori cōsilio Ambrosij et sim-
pliciam prīm vitam tutiorem aggressi sumus cū paulo mō-
dū fugiente timente ne caperetur ab eo. In heremo deniq̄ su-
mus Iocūditatē cōicatiōis fractiōis panis itelligentes cū propha.
Ecce q̄ bonū et q̄ Iocundum habitare fres i vnū. Tutior enim
vita hec est et dultior ubi vnus aliū cohortatur, Vbi alter
alterius exemplo iflāmatur. O vita sancta vita heremitica.
vita solitaria. vita perfectorū. vita angelica nō hūana. vita
penitentiū. vita contra mōdū pugnātiū. vita ad deū fugiē-
tiū. vita deica nō hūana. vita filiorū qui errauerūt ad

prem redeuntium. Hec enim domus est ubi patri reconciliatur
filius qui portionem substantie consumpserat luxuriose viuendo.
Hanc fratres mei si Januarius noster cognouisset nauem nobis
ignorantibus non tenuisset. Hanc si dilexisset vineam agrum
et pecuniam tenere erubuisset quia paupertatem asperiorem
nobiscum et presbiteris meis tenere voluisset. Nam sicut
filius peregre profectus est in regionem ille longinquam
et ibi dissipauit substantiam suam luxuriose viuendo, sic et ipse
vel quicumque peccator dum carnales voluptates diligit a domino
peregrinatur. Et quanto peccando fit dissimilior, tanto
a deo elongatur. Substantia enim hominis est omne quod viuit
et cogitat sapit loquitur que deus eque diuidit, quam
substantiam peccator consumit, dum conscientiam, vitam, cogitationes
et verba in malis actionibus impendit. De filio etiam
isto dicitur quod cepit egere. Ideo adhesit vni ciuium regionis et
in villam misit eum ut pasceret porcos et cupiebat implere
ventrem de siliquis quas porci manducabant et nemo
illi dabat. Eget enim peccator et non cupit implere ventrem
pane vite eterne, sed glandis, qui porcorum cibus est.
Ideo adheret vni de principibus mundi, sub cuius fauore
pascere porcos .i. demones valeat. Porcus enim in mundum
aut est et de sordibus saturatur et delectatur. Silique
enim sunt non solum glandes, sed omne turpe et in mundum
quod porcus comedere delectatur. Iste denique silique
fornicatio est, gulositas, ebrietas. Iste enim sunt de
monum cibus quo peccator repleri desiderat, sed nemo
illi dat ad sufficientiam. Peccator enim semper famescit

Semper deuorare querit / nunc luxuriando / nunc et
alia faciendo / semper dilacerare desiderat. Sed insitate
dno pre per gram passionis sue penitet iam miseret
dolet pctor pascere porchos. Cogitando surgit et
cogitat pergens ad prem et dicens pater peccaui in
celum quia assumpsi frequenter nomen tuu et sctorum
tuorum in vanu. peccaui etiam coram te quia in tua huma
nitate peccaui, quia non cognoui opere tua infirmi
tatem quam pro me passus es. peccaui coram te ut
deo et homine. peccaui in celum quia in prem. peccaui
quia in spm sanctum. non igitur sum dignus vocari
filius tuus. Sed quid fecerit pius pater audiamus
legamus predicemus non sileamus. nam nuna motus
videns illum venientem occurrit / videns lacrimatem
lacrimatur, videns illum denudatum stolam iubet
parari, videns illu discalceatu calceatur, credens
eum debilem et famelicu occidi Iubet vitulu signa
tum / O / qz grandis misericordia tanti pris. O / qz
infinita eius pietas. O / qz dulcis et qz pia eius mise
ratio / Ecce enim peregre filius fugit / et eu patien
ter expectat omnia bona destruxit et cu eu ad
se venire festinat porcos pascit et ei ia vitulu
parat / fame fere iam maritur et epulari clamat
nudus apparet bonis operibus priuatus et ecce stola
pristine gre saluatoris quam i baptismo recepit
induitur et anulus fidei desponsationis datur ne
amplius ualeat pascere porchos et a domo pris fugere

sed tanquam civis sanctorum & domesticus dei fundatur in
domo divine maiestatis. Ultra quod bene ostendit ille mi-
sericordiarum pater quia videns illum misericordia motus est et occurrit
et brachia extendens super collum eius osculatus est eum dicens
servis suis: Adducite vitulum et maducemus. Hic filius
meus mortuus erat et revixit, perierat et inventus
est. Similiter hoc idem fecit salvator petro quando eum nega-
vit quando respexit illum quando respexit mentem eius tunc flevit
amare. Occurrit peccatori salvator quia per se ad deum
non potest accedere nisi ei subveniat nisi eum respiciat
Sed postquam eum respexerit flectitur super collum eius quia
omnis leve ponit super collum eius dicens: discite a me quia
mitis sum et humilis corde, tunc stola induitur dum
anima indumento virtutum vestitur. Due enim stole sunt
una videlicet quando anima in presenti indumento virtutum vestitur. Altera
vero immortalitatis est quando corpus in fine seculi resuscitabitur.
Et ideo fratres mei licet in heremo sitis, scire tamen debetis quod due
stole sunt, que due stole due resurrectiones sunt. Una est
anime quando resuscitatur a vitiis in quibus mortua iacebat.
Altera vero corporis est quando corpus erit configuratum corpori
claritatis xpi quando in die iudicii reformabitur. Eya ergo
fratres mei et corona nostris mee scitote quia porcos iam
pavimus, iam multo tempore demonibus peccando placuimus
iam frequenter siliquas eorum desideravimus, quando modo
placere voluimus, quando in eo florere concupivimus, quando
delectationibus suis toto affectu adhesimus, Sed nunc
dei gratia servi xpi sumus Clamare non cessamus peccavi.

Non sum dignus domine vocari filius tuus, quorum clamore
audiens occurrit nobis osculando suam pacem dando. sto-
lam donavit quando animam vitiis spoliavit. anulum donavit
quando in fide sua nos roboravit. Calciamenta donavit quando
memoriam mortis nobis impressit. vitulum occidit quando in
sacro altaris memoriam passionis eius in mente renovavit.
Tunc nobiscum pater manducat et epulatur quando in operibus
suis perseverando delectamur. Tunc sic ornatis precipit
deus angelis ut convivium preparent quia mortui eramus
et resurreximus. perieramus et inventi sumus. Cogi-
tate ergo fratres ad quid devenimus Ecce in solitudine
sumus Elongati sumus a seculo et longo tempore Jam
mansimus in solitudine et secundum apostolicam formam ut
remotius divine valeamus. Locus enim non facit sanctos,
sed bona operatio locum sanctificat et nos. peccavit n.
angelus in celo. peccavit adam in paradyso et tamen nullus
locus sanctior illis erat. Si enim loca tueri possent, nec
homo nec angelus a dignitate sua corruissent. pensa-
te ergo quid vestis nigra, quid zona pellicea, quid co-
rona capitis persuadeat. Nigra enim vestis, que vilis est
mundi contemptum denuntiat nobis et memoriam mortis.
Zona pellicea, lumborum refrenatio declarat. Capilli
rasi de capite, superfluitatem criminum significat ablatam
de mente. Sic n. pater Ambrosius sanctus quando me
regeneravit in xpo anno etatis mee trigesimo mihi pe-
tenti respondit. Cogitate ergo fratres quam reprehensibile est si superbia latet vel luxuria sub tali habitu

Sumne igitur necessaria est nobis in heremo demorantibus
ipsa humilitas que designatur per vestem. Castitas que no
tatur per lumborum strictionem. Obedientia que intelligitur
per subiectionem. portamus etiam baculos, per quos in
telligimus disciplinam, sub qua semper parati esse debemus.
Deus autem qui nos de tenebris gentium revocavit confir
met etiam in omni loco bono ut habundemus in spe
spe et virtute spiritus sancti amen.

De obitu valentini epi cartaginensis

De obitu valentini epi cartagi nensis.

Liber sapie fratres carissimi multis modis commendat
hominis sapiam. primo quia hominem a periculo liberat.
2° quia conservat liberatum. 3° quia coronat conservatum.
Quomodo autem liberat exemplum patet de noe quem cum aqua
deleret terram liberavit eum in archa. Quomodo conservat
eum patet de Jacob. quomodo duxit eum dominus per vias rectas et
ostendit illi regnum dei dormienti, Qui evigilans ait vere
hic est domus dei et porta celi. De gloria vero que conservat
reddet deus mercedem sanctis suis laborum suorum et deducet
illos in via mirabili. Isti enim sunt tres status ecclie. Status
videlicet penitentie. Justicie. et glorie. In primo liberat. In secundo
conservat. In tercio coronat dominus. In primo afficimur.
In secundo reficimur. In tercio perficimur. In primo est labor
et dolor. In secundo sapor et decor. In tercio gloria et honor.
Verumtamen quia de his statibus frequenter nostris fratribus
canonicis frequens fuit lectio, frequens exhortatio,
et immensa cotidiana disputatio, fortasse in corde dicetis,
Tedium est tantum de hoc nobis audire, quia etiam

obsequium oz ut nos decet, reuerendo valentino epo exhibere.
Sed no pigeat vos fres mei me supportare, sed si tedium
vobis eet ad fres meos cofugia qui me audire tota mente
et affectu desiderat. Nam verbum notum et antiquum aliqn
nouum fieri pot. Cibus ergo diutius masticatus digeritur.
Ut ergo fres distinctio trium statuum clarius elucescat cogitos
eis comodemus sermones i hunc modum. In statu penitentie
Cecum dns ducit per vias duras et promittit illi regnum
dei pris sui. In statu iustitie iustum deducit dns p vias rectas
ondens illi regnum dei. In statu glorie sanctum deducit dns
in via mirabili introducens eum i regnum dei. Ecce fres quo
Cecus reducitur de inuio ad viam, de exilio ad priam, de
mansione ad mansionem, de virtute ad virtutem, de corporis
carcere ad eternam gliam. Ecce quo reducitur cecus ne sit sine
xpo, deducitur iustus ut sit cum xpo et xps cum eo,
et educitur sanctus ut sit cum xpo. O fres mei ecce quo ee
sine xpo miserum est, xpm secum ee tutum est, ee cum xpo
beatum est. Non .n. extimandum est ee idem ee secum xpm
et ee cum xpo. Aplus enim secum hebat xpm dum dicebat, no
ego sum sed gratia dei mecum est, Nondum erat cum xpo
dum dissolui cupiebat et ee cum xpo. latro secum hebat
xpm, cui pmittebat xpus, hodie mecum eris in paradiso
Reducitur itaqz cecus p vias duras, sz durum e relinquere
consueta, sz durius est aggredi inconsueta, sz duris-
simum est decoqui in fornace continua, in qua necce est ut
decoquatur taliter ut velut carnes possit amputari
et velut virga ad omne modum reuolui. Iste sunt vie

peccatoribus dure sup̄ omnia dura, amare sup̄ oīa amara.
odiose sunt ut mors. Que sunt iste vie fr̄es nisi relinquere
que mundi sunt. O, q̄ durū est, O, q̄ mortale videtur,
O, q̄ amarū relinquere q̄ mundi sunt, Sz quia dura
amara et penosa, Ideo centuplū accipies et vitam eternā
possidebis. Eya milites surgite iam quia diu dormistis, ar
mate vos contritione cordis, confessione oris, afflictione carnis.
quia ecce veniet saluator et non tardabit. Ecce iam in ja
nua est, Ecce iam te vocat, Ecce te venire compellit.
Sed dices o miser in contritione est dolor, In confessione
rubor, In afflictione labor, Quid ergo faciam? Eya
miles xp̄i Cuius celorū Iam denuntiaris ab illo qui sup̄ te
est Ipse qui laborē et dolorē considerat, verū tamen q̄ du
riora tanto utiliora tibi erunt, verūtn̄ certa valenter
dum potes, quia reposita est tibi corona Iustitie quā red
det tibi in illa die Iustus Iudex, postq̄ cecus factus est
videns, Impius Iustus, tunc deduxit dn̄s per vias
rectas cantare poterimus. Sunt enim fr̄es, ut scolares nr̄i
vacui non recedant, tres sp̄es rectitudinis, Aliud enim
est regi, Aliud dirigi, et aliud corrigi. nam pp̄ha dice
bat. dn̄s regit me et nihil mihi deerit. et Iterū. dirige
in conspectu tuo viam meā. Et Iterū. In quo corrigit
adolescentior viam suā. Et Iterū. Mane inquit ysaias,
Erigit sibi aurem. Res Res enim inanimata, fr̄es
proprie dicitur regi ut Currus. navis. Res sensata
pp̄ rōem dirigitur et ut equus mulus quibus nō est in
tellectus, Res rationalis corrigitur. s. corde ut hō regitur
Iustus dirigitur ut sapiat que sursum sunt et q̄rat

Sic enim volebat Jeremias dum dicebat state in viis vestris
et considerate que sit vita eterna. Daniel ad maiestatis visionem
prostratus audivit ab angelo, Sta supra pedes tuos. Quod
tamen si non credis prophete, crede poete scolaris perversi
Cui deus os sublime dedit celumque videre jussit. Cui dum
quereret poete tirannus, Quare te deus fecit? ut contempler
celum et celorum munimina. Respondit factus est homo in terra, non
ad terram sed ad celum factus est de terra, non propter terram
sed propter celum. Quis fidelium plus dixisset fratres quo probabiliori
argumento nescio. Numquid etiam aliquis brutum et mutum novit
ergritudinis argumentum sue? numquid leo infirmans aliquid quod
dicitur suma querit qua devorata mox convalescit? Numquid
etiam simia egrotans querit sanguinem canis? ursus
formicas? leopardus capreas? inter serpentes ferculum
homo vero attritus in phisica ignorare videtur hec omnia
unumquodque felicitatem affectat, Sed si homo affectat opere
tamen affectare non videtur. Quare ergo o homo celum ad quod
factus es non queris? Noli querere phisica, quia ad phisica factus
non es, nec expedit tibi scire tantum que sunt super terram.
sed tantum que sursum sunt, Sta igitur super pedes tuos, sta
in viis naturalibus ad quas factus es, et dirige eas si necesse
est in dando et dimittendo, date et dabitur vobis, dimit
tite et dimittetur vobis, et tunc dominus dicet tibi Amice ascende
superius Intra in gaudium domini tui. Sed dicet quis quomodo aut
qualiter egredietur spiritus de corpore, numquid hoc solummodo igno
rare videtur dum dixit penitus ignorare viam aquile in celo
Quomodo ergo deum videt, quomodo angelum, quomodo seipsum, quomodo spiritum
alium bonum vel malum, frater hodie ille magnificus phisicus

admiratur / nam in libris de animalibus quinque sensus corporis comes
ce nobis ad usum tantum cum brutis posuit / non ad oblectamentum.
homo autem in omnibus delectatur. pecus vero tantum in duobus
delectatur. scilicet in gustu et tactu. In aliis vero movetur
quinque et excitatur sed non delectatur. Unde igitur est quod spiritus
egressus a corpore duos quos habet cum bestiis communes penitus ar
amittit. non enim gustu vel tactu oblectatur, sed alios tres
ad usum retinet et oblectamentum. Mirabile tamen videtur ei
quod spiritus sine corpore et corporis sensibus utatur / quod tamen forte
philosophus si plane non intellexit verum est tamen et omnino verum
et irrefragabile quia spiritus liber videt deum, delectatur in deum
nec semper sibi dicatur / O, anima ubi est deus tuus. Audit
etiam angelos cantantes et jubilantes. videbunt etiam audient
Estote super quinque civitates. i. beatitudines et sic unicuique
secundum opera sua. Et si dicere a nobis domine quid facis quando me
vivimus hec omnia a te largiri. Respondet ille magnus pater
familias velut Alexander militi petenti munus / cui
civitatem dedisse fertur / Si tu non es dignus tanta recipere
Ego tamen sum dignus et potens tanta donare. Angeli fratres
mirabuntur non modicum in operibus dei In conventione anime
et carnis In homine In coniunctione hominis et verbi in xpo,
In coniunctione hominis et dei in celis. nam dicturus est dominus
pater volo ut sint unum nobiscum / sicut ego et tu unum
sumus. de prima admirantur ubi uni unum iungitur.
de secunda plus ubi unum duobus iungetur / Sed de tercia plurimum
ubi unum tribus iungetur sancte trinitati. hec autem
generaliter exposita et specialiter tamen exposita ad commemo
rationem huius sancti episcopi Valentini trahi potest / qui du

eet cathecumenus annis. xviij. ad baptismum peruenit
et sic reduxit eum dns per vias rectas / postmodum deduxit eum
dns per vias duras Epi et pnie / postmodum eduxit eum
per viam admirationis et glorie / Sic ergo post eum curramus
fres ut appendamus brauium eterne vocationis in die illa
dum venerit Jesus xpus filius dei. Amen

Ad sacerdotes.

Ad sacerdotes.

Sacerdotes dei dilectissimi / Tria sunt genera hominum
que odit deus. Remanentem. oberrantem. et retro
redeuntem. Ideo vos qui preestis ad vos pertinet excitare
permanentes in mal. errantes reuocare ad viam / Et tardos
et pigros excitare ne amplius dormiat. Qui non proficit / re
manet in via / Qui peior efficitur / retro reuertitur. Sed qui
fidem deserit / omnino in morte dormit. Ad vos ergo sacerdotes
dei pertinet excitare remanentes. errantes reuocare. et dor
mientes semper increpare. Considerate ergo antequam hec omnia
faciatis / quibus virtutibus fulgeatis / Considerate quid sit
pplo preesse / Considerate quale sit diuinis sacramentis
insistere / Talis nanque conuenit sinceritas sacramentis qualia
sunt ipsa sacramenta ex quibus exhibent officia seruitutis
ne circa deum offendant ipsi qui tractant / aut circa populum
incipiant impedire que predicant / Ex inordinata denique multi
tudine sacerdotum hodie datur contemni nre redemptionis mira
bile sacrm / nam qui debent esse vicarij aplorum et socij petri
facti sunt socij Jude / O / grandis dignitas sacerdotum / sed
grandis ruina si peccent / letamur ad ascensum / sed
non timemus ad lapsum. Non est tanti gaudij excelsa

Jno

tenuisse, quanti meroris est de sublimioribus corruisse. Nec solum
pro nostris debitis reddemus rationem, sed pro omnibus quorum abutimur
donis. Considerate igitur sacerdotum esse officium, de lege in-
terrogatos respondere, Nam qui sacerdos est numquam debet
legem dei interrogare, Absit. Sed si ignorat seipsum arguit
non esse sacerdotem dei. Sacerdotum ergo est scire legem dei et
Interrogatus de lege respondeat. Sacerdotum est caste vivere, sobrie,
non despectam vetulam in domo tenere nec in aliquo obsequio. Magis
denique cito delinquitur, ubi sine suspitione, securum potest esse delictum,
Maxime quia delictum nullam deformitatem despicit. Sacerdotum est
scelerum conniventium societates fugere. Turpe enim est dominicum
corpus tangere et societates conniventium visitare. Sacerdotum
est animarum curam pro domino suscipere ut errantes doceant. mestos
consolentur. pauperes substentent, ut possint renitentes ad
salutis remedia protrahant. pupillos gubernent. et secum
plures ad deum festinent perducere. Multos tamen cognovi qui plus
sacerdotum vitam quam suam discutiunt, Tales in foveam dilla-
buntur erroris, quia more ypocritarum trabem suam non con-
siderantes, festucam tenuem in aliorum oculis considerant.
Sacerdotum est ergo seipsos summe custodire, ne se ipsos et populum
scandalizent, ut qui pro domino animarum curam susceperunt pro domino
studeant ut errantes doceant. consolentur mestos. visitantes
infirmos in omni caritate et dilectione. Sed qui in seculo sunt caveant
ne sacerdotum vitam dilacerent, et si sacerdotes mali inveniantur.
Sed si forefecerint, eos cum omni reverentia et caritate repre-
hendere confestinent. Secundo sacerdotii respice dignitatem
Nam per eos agitur in terra quod negotiis celestibus continetur. Non
enim homo, non angelus, non archangelus, non aliqua alia creatura

non virtus, non seraphin, non gabriel, nō raphael, sed ipē spūs
sanctus hoc munus instituit, hoc filius confecit, hoc pater
plenarie manifestauit, atq; adhuc ī carne hoīb; pmanentib;
ministrō fungi sancta trinitas prestitit angelorū. O, sacerdotes
p vos xpm̄ induim9, per vos dei filio coniungimur, p vos
mēbra capitis efficimur, p vos instruimur ⁊ docemur. Nūqd
ergo a nobis magis q̄ reges ⁊ iudices honorandi sunt.
Et iō sacerdotem sapientissimū oz ⁊ pspicacem ēē ī omnib;
⁊ mille vt dicitur ex omī parte oculos hītem qui nō
solum sibi sed et populo uiuat, ut origo sit ⁊ ori fun-
damentum cunctarū virtutū, Attendere ⁊ diligenter
prospicere debent Epī mū ne indignos ordinent in
sacerdotes, nam eisdem subiacent penis quib; illi qui
sunt ordinati, etiam si dicant se illorū vitia ignorasse
dico eis audacter cum aplo ad thimotheū, Manus
cito nemī imposueris ne particeps sis eorum peccatis.
Imo ex hac excusatione grauius peccare videntur, qui p-
mouerunt que ignorauerunt. Attendamus ergo clerici
qui columne templi videmur ne pro pplorū nrorū cle-
ricorū nrorū iniquitate damnemur si eos ignorantes
non erudimus, aut peccantes non arguimus. Sūma
enī diligentia, sūma caritate, sūmo desiderio ⁊ fer-
uore, nos qui pastores sumus, consolemur afflictos, pas-
camus ieiunos, induamus nudos, redimamus captiuos,
suscipiamus peregrinos, desperatos veniā pmittamus,
bonos custodiamus, Et quicquid ad nrm̄ officiū ptinet
constanter exerceamus. Adiuuāte dn̄o nrō Jesu xpo cui est
honor ⁊ gloria in secula seculorū amen.

Quo sanctus hieronimus reliquit cardinalatum.

Quo sctus hieronimus reliqt cardinalatu.

Legimus fres carissimi sctm prem hieronimum fuisse
Cardinalem in ecclia scti laurentij mris. Et quia romanos
de auaritia et fetenti luxuria fortiter deprehendet ab eis per veste
mulieris ut iam audistis eum proclamare in pplo noluerit
Sz deo auxiliante scitatis fama minime diminuta roma tande
egressus est cum paula et eustochio quas in fide xpi nutrierat
earum pre rogante ut nobis per eplam scripsit asperima vita sanctus
pr hieronimus duxit in tantum ut neminem legere audiam fide
lium modernorum austeriorem fuisse. Itaque fres et nos ut videtis
mondum deserere volumus et ad nemora cum hieronimo fugere
concupiuimus et perseuerare sctm vitam aplicam desideramus.
Propterea diligenter attendamus ut sancte et iuste in heremo
conuiuamus. Scire .n. debetis quod demorantibus in solitudine Jeiu
nium valde necessarium est. Sed primo videamus quid Jeiunium sit
Quid .n. Jeiunium est nisi cunctorum membrorum debita satisfac
tio. Membra .n. satisfacere debent pp pcta que commiserunt
nota. Unde si quis in gula peccauit satisfaciat ieiunando. Nam qui solus
est sine culpa solus est et sine pena. Sed quia nullus est sine
culpa ideo nullus sine pena viuere debet. Oculus .n. meus
sepe peccauit quia per eum mors intrauit in animam meam. Clau
datur ergo oculus et patiatur ne quod eum delectet videat
Sic et de singulis membris corporis faciendum est fres. Tunc .n.
nota. magnum. tunc deo acceptum. tunc sibi deuotum Jeiunium reddimus
dum ab iniquitatibus et voluptatibus abstinemus. hoc est
magnum et perfectum Jeiunium. Sic .n. agentes sancte et pie
viuere dicimur. pietas .n. est cultus deo reddere. quod quis debet
Sic talis iuste viuere dicitur. quando deo reddit quod reddere debet

et cesaris cesari. Impietas quid aliud est quam ydolatriam committere. Multi tamen dicunt quod impietas est quando quis pauperibus sua non elargitur. Propterea fratres scire vos volo quod aliud est flagitium, aliud facinus, et aliud impietas. Flagitium est dum peccando nos ipsos offendimus, facinus quando proximum. Impietas vero quando idolatriam committimus. Similiter aliud est misericordia, aliud clementia, aliud pietas. Misericordia erga naturam, clementia erga iusticiam, et pietas erga deum versatur. Et quia grossi estis fratres veniat verbi gratia. Misericordia est dum quis videndo aliquem iuste damnatum duci ad suspendium si naturaliter moveatur eique compatiatur, et ita misericordia motus eum a suspendio liberet. Similiter si quis rapit pauperi aliquid boni et veniat alius et raptori eripiat id, et pauperi reddat, talem dicimus hic misericordiam. Clementia vero est ut si quis iniuste hominem punitum videat et obiciat se periculis ut illum eripiat, talem dicimus clementiam possidere. Pietas autem quid aliud est quam deum pura mente colere que alio nomine latria nuncupatur. Bene igitur dicimur ieiunare quando nostra clementia et pietate refloremus. Adiuvet nos xpus qui cum patre et spiritu sancto etc. Amen.

flagitium facinus impietas.

Misericordia clementia pietas.

De ieiunio ad fratres.

Scire debetis, n. fratres dillectissimi quod hoc solenne ieiunium quod sancta mater ecclesia hodierna die precipit observari a cretione hominis ipso mundi primordio deus precepit in paradiso ade et eve ut a fructu arboris abstinerent. Hoc etiam ante legem sanctus moyses observavit et legem accepit. Hoc sub lege helyas astrinxit et ad celum in curru volavit. Eva quamdiu abstinuit virgo fuit

de ieiunio ad fratres

dum Jeiunium violauit in miseriam corruit, libidinis corruptionem
persensit, sub dominio constituta remansit, et de paradiso expulsa
fuit. Moyses etiam post Jeiunium cum deo facie ad faciem lo-
quutus est, qui ante Jeiunium videre deum nec ad eum accedere
ausus est. Jerosolima a senacherib tempore Ezechie regis et
ysaie per Jeiunium liberantur, et .clxxxv. milia celitus
interfecti sunt in nocte vna, et ne feterent eorum corpora inci-
nerata et in puluerem redacta sunt. Tempore etiam Jone
predicante in cinere et cilitio veniam impetrauit. Nunquid et
Josue naue filius ieiunauit plusquam per diem et cursum solis
et lune temperauit et hostes superauit. O, Jeiunium animarum
communium, beatus qui te amat. Sed nunquid beatus qui te amat
et frequentat ut appareat ut conseruet ut sanior fiat
et ut ne corpore impinguescat, non beatus est ille, quia
Jeiunium quod agit non virtutis sed proprie presumptionis est.
Ideo non mundo sed deo Jeiunare debemus. Sic .n. sancti
patres in veteri lege faciebant, decimas enim deo dabant et primitias
de omnibus rebus suis, sic et nos deo primitias deo debemus
quas tunc primitias de offerimus quando corpore quidem a cibis elimo-
sinas etiam dando et mente a vitijs Jeiunamus et deo tunc tales
primitie sunt accepte. Sed scitote fratres mei quod antiquitus patres
nostri fideles Jeiunare consueuerant in vigilijs magnarum sole-
nitatum usque ad noctem quod laudandum erat et bonum, sed hoc
non solum, sed etiam vigilabant per noctem et ad ecclesiam lu-
dendo et chorizando conueniebant quod detestabile erat et malum.
Tales non solum Romani erant, non solum papienses et
rauennati sed etiam mediolanenses. de qua turpi consuetudine
dolebat mediolani mater illa que me carne et spiritu in xpo

regenerauit / Et institutum est inuestigante ipsa a patre nostro Am-
regenerauit broxio ut vigilie cessarentur ut homicidia
et fornicationes a fidelibus deponerentur / Solum tantum
Ieiunium mentis corporisque cum elimosina Mediolanen. ecclesia fide-
libus dereliquit. Sed dicetis numquid in vita nostra semper
ieiunare debemus / O / fratres mei legem etiam meam accepistis
et audistis sepe inter cetera quod carnem vestram dometis abstinere
esse et potus quantum ualitudo permittit / Nolo .n. me ipsum ligare
nolui onera vestra portare sed hoc solum super vos ponere volui
ieiunantes et abstinentes quantum facere deo fauente potestis,
Nolo tamen quod diebus dominicis Ieiunatis / hoc .n. heretici et
infideles faciunt, Omne autem Ieiunium exceptis diebus dominicis bo-
num est et laudandum si benefit / Aliquid tamen est deuotionis Ie-
iunium ut Ieiunare vigilias sanctorum Cypriani compatriote
nostri / geruasij et prothasij et similia. Aliud est Ieiunium
institutionis ut assumptionis sancte marie. sancti Jo. bapte.
natiuitas sanctorum apostolorum petri et pauli. simonis et Jude. Mathei.
et andree. et Jacobi maioris. Istorum .n. vigilias ieiunare
debemus semper / ut sicut Ieiunando cum eis patimur Ita etiam in
futurum cum eis pariter gloriemur. Sed mox mihi fratres
dicetis Cur festum nat. Jo. bapte celebramus / numquid in peccato
conceptus est / Attendite quod prius seminatur homo postea
concipitur in uulua et ibi caro formatur / deinde post dies
40 et vij. creatur anima et corpori infunditur secundum sanctum
patrem et martirem Cyprianum cui in omnibus compellor credere
quia per spiritum sanctum locutus est optime / Celebratur igitur
nat. sancti Jo. bapte non prima sed secunda / prima .n. natus fuit
in utero quando anima fuit corpori infusa / Alia fuit ex utero.

nota

qn̄ venit ad lucem ⁊ hec sine pcto fuit quia fuit sanctificatꝰ
in vtero. hec aut̄ natiuitas non solū apud fideles, sz etiā apud
infideles celebratur ⁊ habet vigiliā. In hoc aut̄ festo maxie
pagani ⁊ infideles maxie ad ecclīam suā conuenebāt vigilātes
vt diximus. Sz destructis illis vigilijs adhuc tamen antiquitatis
nomen tenemus, quia dū ieiunamus vigiliā nūcupamꝰ. vel
alr̄ dicamus fr̄es, nam dū illa sancta Elizabeth que fuit
filia sancte Isismare quequidem Isismara soror fuit carnal
sancte anne mr̄is dn̄e nr̄e dum grauida eēt de Johe ante
aduentū virginis sanctificatꝰ Johannes non fuit ī vtero
merito g° eius nat̄. celebramus. Sed nūc de aplis q°ꝝ
vigiliā non hēmus dicamus. Festum .n. filippi ⁊ Jacobi Je
iunū non hēt eo q̄ inter pascha ⁊ penthecostē est q̄d est
tempus gaudij ⁊ letitie quo saluator surrexit a mortuis.
Jacobus etiam zebedei aplus apud quosdam vigiliā nō hēt
azimorꝝ eo q̄ fuit occisus in diebus aconorꝝ nec diem mortis eius
celebramus sed potius translationis. Barths etiā non
videtur hr̄e vigiliam eo q̄ vna dierꝝ fuit decoratus ⁊
alia sequenti mortuus est, ⁊ sic si hr̄et vigiliam oportet
q̄ tercia die ante quod est contra normā aliorꝝ ieiuniorꝝ.
Thomas etiam vigiliam non hēt eo q̄ tempe aduentus
venit. Barnabas ieiunū non hēt quia de .xij. nō fuit.
Mathias ieiunū non hēt eo q̄ tp̄us ieiunij est. Jo
hannes euangelista ieiunū non hēt eo q̄ in gloria ī ex
celsis sumus ⁊ glam in excelsis cantare debemus. Rogo
tamen vos fr̄es licet ieiunia ista seruare non teneamī
p̄ remissione pctorꝝ vr̄orꝝ vel pro pīculo hostiū ieiunare
non desistatis carnem domantes quantū portare potestis.

Adiuuet nos xpus filius dei. amen.

De predestinatione.

De predestinatione dei dicturi sumus anxietatibus quibusdam inuoluimur quod dum conscientiam nostre stoliditatis perscrutamur appetitu non ardue disputationis reprimimur. Sed dum ad omnipotentiam illius qui per os azine irrationalis rationabili sessori verba voluntatis sue monstrauit mentem reducimus sub spe eterni adiutorij ad audiendum vires accipimus, Scientes quia quicquid boni vel loquimur vel facimus non ex nobis hoc, sed a deo habemus. In primis nephas est dicere deum aliquid b non bonum predestinare. Sed predestinationum alie sunt alligationis, alie conditionis, iste iustitie, ille potentie, ut lucidius fiat quod dicitur. Que sunt alligationis et potentie, que conditionis et iustitie monstretur. Creauit deus celum et terram, solem et lunam, diem et noctem, predestinauit insuper ut celum semper moueretur terra immobilis circumuoluenti celo centri haberetur. Sol et luna diei noctique preessent, dies et nox ceteris temporibus vicissim succederent. He predestinationes sunt potentie et alligationis, unumquodque eorum que diximus sit alligatum suo operi per predestinationem dei ut ab illo permoueri non possit. Creauit deus hominem ac predestinauit ut si obediens esset ac a gustu vetiti pomi se abstineret in vita permaneret. Si autem inobediens esset finam mortis subiret. Hec est predestinatio conditionis et iustitie. Non enim deus ante casum hominis sic eum per potentiam predestinauit morti ut necesse esset eum mori, sed sub ea conditione si peccaret. Quia igitur peccauit homo iustum erat ut moreretur. Si non peccaret nullo vinculo

De predestinatione

vinculo predestinationis divine morti alligaretur. Mors itaque
et predestinatio sub conditione fixa fuit in deo propter causas humanam
presentiam non tamen unum faciens in homine per potentiam ut duceret
eum ad mortis sententiam. Ergo predestinatio huiusmodi non absolute
causa est mortis sed peccatum causa est predestinationis et mortis
non sic dicitur de hominis morte ut de dei volubilitate. In-
terrogati enim aliam quare celum moveretur. Respondemus quia
deus predestinavit, hec responsio est absoluta nec aliam
querit. Sed si quis interroget quare homo moritur
non absolute respondere possumus quia deus predestinavit
non enim predestinaret nisi peccatum presciret, peccatum
quippe in homine in deo incitat zelum iustitie, zelus vero iustitie
predestinationem, predestinatio autem mortem attrahit et
huiusmodi conchatenationis initium et finis in homine est.
Quare enim homo moritur, quia deus predestinavit. Quare deus
predestinavit, quia iustus est et iuste facit, quia homo peccavit,
Ecce ex homine peccatum et in homine est mors, Est qui
dicat quomodo possit esse peccatum causa predestinationis cum esset pre-
destinatio antequam peccaret homo. Audiat hoc ille quia
omnia antequam fiant, deus quasi facta pertractat et sive sint
diiudicat punienda sive remuneranda in presentia sua diiudicat,
Ecce homo infelix alligatur morti, non per dei predestinationem
sed per suam offensionem. Quamvis enim predestinatio precurrat
offensio. offensionem tempore offenso tamen predestinationem precedit
effectu, nam predestinatio non fieret nisi offensio fu-
tura esset. Quam offensionem qui presciuit esse offensionis
ultionem ut iustus iudex predestinavit. Sicut ex presentia
virtutis predestinatio solet fieri remunerationis, unde

aplus ad Romanos / Quos prescivit hos predestinat
fortasse est qui dubitat ultione offensionis a deo ee quia
gravis est et mala virtutis aut remuneratione a deo ee
manifeste fateatur quia dulcis est et bona cum deus nul
lius mali sed totius boni sit auctor hinc dicen. quia si
offensio hominis sit dum penam ingerit apud deum e iusta
dum pcta punit Quod aut iustu est bonu est predestinatio
igitur ultionis quia iusta est et bona vn et origo boni p
ysaiam loquitur Ego dominus formans lucem et creans tenebras
faciens pacem et creans malu . q . d . Ego dominus faciens pctm
ex me tibi creans malu et te tibi pro pctis tuis bellum
tribuo tibi quod mereris quod et si apud me sit iustum
ex te tamen tibi malu quia non ex me sed ex te peccasti
et pro pcto pcti penam tibi creo que apud me est iusta
tibi aut mala / huiusmodi igitur malu creat deus quod
p se illi fit iustum / Ex homine sit homi malu una enim
eademque res aliter atque aliter inter homines et accepta
bona est et mala ut bellu de quo sup diximus victis
est malu / vincentibus aut bonu / Quapp et mors que
est ultio predestinationis et iusta est et mala / Iusta qui
dem quia ex iusto iudice / mala aut ex misero peccatore
hec etiam eadem mors quibusdam bona / quibusdam aut
mala quia homines de ignominia ducit ad gloriam
Illos vero de gloria in ignominia ignis / stipulis quoque
et lignis ignis est noxius / Cupri aut ac argenti puri
ficativus quia hec puriora reddit / Illa vero incine
rat et consumit / Cum ita sint non vereamur dicere
mortem ee predestinatione apud deum quia si nobis

est mala, adeo tamen pp pñtiam preuaricationis est iusta et
predestinata. vñ ps. quia tu reddes vnicuiq iuxta opera sua
vñ enim bonis gloria p hominis, et malis mors infelix, nisi
ab eo qui reddit vnicuiq iuxta opera sua, vnde adeo pure sed fit
ex hominis preuaricatione p iusticiam dei in hominis pena. hec
ideo sunt quia non nulli qui diabolum supponunt mortis ac
torem quasi vltionis iudicem. Auctor quidem est mortis p
suggestione pcti, sed per po^am retributionis nec auctor nec
creator est et penarum custos et exhibitor non tamen ex ppria
potentia sed ex concessione diuina. his que diximus quida
opponunt q scriptum est deus mortem non fecit quibus
non surda aure pretereundum est qd alio loco scribitur
Mors et vita a deo est. his quippe oppoibus nulla est re
pugnantia in lra tua. Mors enim sicut etiam vita non tm dupl
sed etiam tripl intelligi pot. In primo namq homine deus
et carnem et aiam creauit immortalem ante pctm s. carne
Anima aut vixit post morte et caro sub interitu timore
sed immortali conditionis. At dum homo peccauit anima
obyt. hec est mors quam deus non fecit. Caro aut vixit
post mortem anime sed sub mortis expectatione. Mors g^o
anime peccatum est mors carnis dissolutio ellorum mors utriusq
pena infernal. Et vita alia est carnis et aie ante peccatu
Alia carnis post pctm. Alia carnis et anime post dissolutoem
ellectorum et mors anime et carnis que est vltio defensionis
post mortem aut anime que est eternarum penarum principium
et illam nunq fecit deus quia scriptum est Qui pctm no fecit
mortem aut anime non sic intelligas ut mortem carnis
moritur namq caro solutione sui patiendo moritur aut aia

non sit sed vitam mutando Jamque sunt predestinationes alligatoresque conditionis note ut reor, Sed earum alie ad penam, alie ad gloriam Quos enim deus suos fidei operatione futuros prescivit hos predestinavit ad gloriam, Quos absque correctione diabolice persuasioni militaturos esse prenovit hos certe predestinavit ad penam Navis mentis nostre nisi ex bone meditationis regitur ventis vanarum cogitationum afflantibus per diversa fluctuabit, et demum sub periculo submersionis conquatietur ~~amen~~ non amen

De puritate conscientie.

De puritate conscientie

Ad spirituale gaudium hodierna die fratres dillectissimi intendo vos invitare, quod quidem gaudium non operatur divitiarum copia, non fallax mundi gloria, non prolis fecunditas, non corporis sanitas, sed tantum conscientie puritas. O, felix conscientie puritas, O, felix sancte conscientie iocunditas, que interiorem vermem excludis, que a carcere doloris liberas rationem, que ab omni immunditia purgas mentem, O, mens sancta paradisus delitiarum variis bonorum operum virgultis consita variisque virtutum floribus purpurata celesti gratia irrigata, hec est fratres paradisus in qua plantatur lignum vite celestis sapientie, hec est thalamus dei, palatium Christi hinnaculum spiritus sancti hec est thronus salomonis, lectus sponsi celestis in quo ipsa conscientia bona optime delectatur et requiescit cum sponso suo, O, conscientia in te et tibi occurrit rebecha cum ysaach venienti de agro, In te delectatur Jacob cum rachel coniugio, In te sunamitis ab ysach regem dolor iocundis fovet amplexibus, O, conscientia sancta in terra adhuc es et in celis etiam habitas, Gaude, O, anima sancta conscientia decorata, Gaude in celesti et eterna gloria, In ea

fratres carissimi magdalena illa ignifera xpo pretiosa offert unguenta
Ibi maria optimam partem elegit que non aufertur ab ea. Eya
ergo fratres si ad hanc gloriam cupimus pervenire predictam nostram con-
scientiam diligenter discutiamus et ibi litteram luxurie perlega-
mus, apicem superbie notam avaritie, tecam invidie per-
spiciamus, et deleamus ea per confessionem per cordis contritionem
per veram satisfactionem et tunc merebimur per gratiam adipisci
gloriam illam quam nec oculus vidit nec auris audivit
nec in cor hominis descendit. O fratres mei et leticia cordis mei
festinemus ingredi hanc sanctam sanctorum tunc enim habebimus
bonum quod non perdemus tunc perfectum bonum quod non amittemus.
Amare tamen debemus si ad hanc gloriam pervenire cupimus
temptationes, fames, tribulationesque singulas, nam
sicut in fornace purgatur aurum sicut lima purificat
ferrum sicut flagellum separat a grano paleam, sic
in fornace tribulationis patientia excitetur, fortitudo robo-
ratur, constantia solidatur, spes ad celestia invitatur.
O spes sanctorum et turris fortitudinis eorum tu non confundis,
sed te expectantibus gratiam infundis, non creas sed
illuminas, non famelicas sed reficis. O felix spes celestis
tu timorem seculi expugnas, consolationem non extirpas,
per te timor non augetur, per te falsa cupiditas non
sommatur, per te luxuria conquassatur, per te superbia
avallatur, per te invidia non dominatur, per te cuncta
vitia terminantur. O spes celestis curie in te reg-
nat caritas que credit omnia que ad salutem pertinent
omnia sperat que promissa sunt. O fratres mei quis hominem
potest mentes servorum dei infirmare si apud deum spes

coelestis pro c

coelestis pro ea allegat in quo nocebunt tyrannorum fulmina
fortune precipitia quid agent / O / spes tu cogitationes
dirigis / tu in caritate altitudinem ponis / ut in ea perse-
veremus usque ad mortem cum caritate latitudinem extendis
usque ad inimicum / O / spes coelestis glorie per te patriarche
mala patienter sustinuerunt. per te prophete cuncta mala
portaverunt. per te apostoli ad mortem gaudenter perrexerunt.
per te martires afflicti sunt. per te virgines combuste sunt.
per te confessores vituperati sunt mundo. per te sacer-
dotes inducti sunt. per te vidue castitatem astringunt.
per te maritate lumbos precingunt. per te pupilli
languentes et orphani sperant ridere. per te pau-
peres confidunt gaudere. per te peregrini sperant
terminum et ad finem laboris pervenire / O / spes
tu omnia portare facis dulciter et suaviter. Eya
ergo fratres hanc amate hanc tenete non tamen
sine timore / quia qui sperat et non timet negli-
gens est / qui autem timet et non sperat depressus
est et non descendit in profundum quasi lapis
A quo descensu nos liberet ille qui de celo descendit
ut nobis vitam donaret et ascensum Christus
deus noster amen.

Ad Leprosos.

Ad leprosos.

Fratres mei dillectissimi / Scio quod percussit vos
deus et leprosi facti estis usque ad diem mortis
vestre / Ideo obsecro vos in domino Jesu Christo cuius precioso
sanguine redempti estis ut non desitiatis in tribula-
tionibus que sunt pro gloria vestra scientes quod per carnis

afflictionem mentis infirmitate occidimus. Spus eiz
deficit dum misera caro gaudendo quiescit / Ergo si pau-
pertas surgeat / si luctus mestificat / si stomachus doleat /
si pectus vel venter infletur / si totius corporis dolor
vos inquietat / si calamitas vos undique vexat / semp
vos letificet in omnibus laboribus et periculis vite huius
amor vester in deum / et pia patientia et certa spes sup-
norum. Despitiamus ergo divitias corde et erimus locu-
pletes. Despitiamus inimicorum supplicia et erimus victo-
riosi. Despitiamus corporis sanitate et eternam quietem
et sanitatem recipiemus. Igitur vobis infirmantibus et langue-
tibus patientia summe vobis necessaria est. Nullus enim beatus
esse poterit / Nullus celorum civis efficitur / Nullus amicus
dei constituitur qui inter mala patiens non inventus
fuerit. O, patientia tu omnia vincis adversa non collu-
tando sed sufferendo / non murmurando sed in omnibus
fere gratias agendo / Ipsa enim patientia est que fere totius vo-
luptatis astringit / Ipsa que limpidas animas deo reddit /
Ipsa est navis que ad porthum cunctos suos amatores per-
ducit / Ipsa est per quam infernus clauditur et paradisus
aperitur suis amatoribus / Ipsa est per quam omnes et
sine qua nullus justificabitur / O / si grave vobis esset
quia leprosi facti estis patientiam in cunctis habete / Elle-
vate capita vestra et corde asperitate vulnera salvatoris
nostri in ligno pendentis / penas morientis / pretium redi-
mentis / cicatrices resurgentis / Quid aliud videre
poterimus nisi caput inclinatum ad vocandum et
parcendum / Cor apertum ad diligendum / brachia extensa

ad amplexandum / totum corpus expositum ad redimendum /
hec quanta sint excogitate vos qui doletis / hec in statera
vestri cordis appendite ut totus vobis figatur in corde qui pro
nobis totus fixus fuit in cruce. Et quid plura saluator
noster pro nobis sustinuit / quid plura patienter portauit /
Tota enim vita sua plena fuit dolore / Tandem ad crucem
perueniens et per passionem ludibriis exponitur qui est
vere palma victorie / Spinis coronatur qui spinas peccatorum
venit venit confringere / Ligatur qui sine labore
et pena soluit compeditos. ligno suspenditur qui est
erigit elisos. Aceto potatur fons eterne vite / disciplina
ceditur / vulneratur salus / vita moritur / occidit
ad tempus vitam mors / ut in perpetuum ad vitam occideretur
mors. Ecce fratres xpi patientia / ecce xpi bonitas et cle
mentia / Et si placet etiam plura audire possumus et
adhuc plura de xpo predicare / non igitur tedeat
vos audire / nam et si fatigaremini vobis amplius non
predicarem / Cupio enim consolari vos non tristari / nam
si tedium est dicite / Si vero gaudium audite / Ecce enim
venit saluator regens sidera et suggere voluit vbera,
Ipse qui panis est esurire voluit / Ipse fons sitire / Ipse lux
dormire / Ipse quies fatigari / Ipse veritas occultari / Ipse
Iudex viuorum et mortuorum a mortali Iudice conde
nari / Ipse Iustitia ab iniustis iudicari / Ipse vnitas
mutari / Nihil .n. tam salutiferum nobis est quam coti
die cogitare quanta pro nobis protulit deus et homo /
Ecce saluator passus est / leprosus in cruce factus est
patiens factus est / nobis relinquens exemplum vt

nota

ut sequimini vestigia eius, quod si feceritis non solum infirmi-
tatem non moleste portabitis sed cum propheta voce et opere clamare
non desistetis. deficiat in dolore vita et anni mei in gemitibus.
Sed dicetis, o quam graue, o quam inhumanum, o quam forte est inter
homines habitare non posse. ecce enim separati sumus ab urbibus,
gentes nos spernunt, parentes nos odiunt, consanguinei fugiunt,
amici nos deserunt, separati sumus a castris ac si ex hominibus nati
non essemus. O fratres mei attendite et nolite turbari. nam
verum est quod dicitis, sed nolo vos ignorare quod legitis. Ait
enim dominus moysi. habitabit in domo mea plenus lepra. Cur
ergo turbamini si inter homines habitare non potestis? numquid mendi-
cines hoc prestare vobis poterunt? numquid domum dei
vobis aperire poterunt? numquid per eorum conversationem
efficiemini meliores? An ignoratis quid dictum fuerit
sancto viro Anthonio? Si cupis saluari fuge homines
fuge mundum et pompas eius. Cur ergo turbamini si inter
homines conversari non potestis, ecce enim sanctus Job
sapiens, dives, rectus, et timens deum, et tamen leprosus
efficitur, tamen non conqueritur, extra castra proicitur,
ab omnibus despicitur et deseritur, ab uxore blasphe-
matur, tamen non conqueritur, nec labiis suis contra
deum mortaliter loquutus considerans aliam vitam
cito esse venturam. Non ergo turbemini sed considerate
quia propter vestra peccata percussit nos deus vel ut exa-
minet nos, ecce enim maria quia murmurauit in
fratrem suum moysen leprosa facta est. Ezechias rex qui
presumpsit leprosus factus est. Et gyeci qui simo-
niam commisit. Naaman qui se gloriauit, vos etiam quocumque

nō

modo percussi estis patientes estote et gratulanti animo
suscipite illam ne pariter hinc et in futuro eterna
tormenta patiemini. Confortamini ergo et nolite timere
Ego vobiscum esse credidi tercia pasce / Sed quia Valen
tinus noster migravit a seculo propterea vobiscum esse non
potui / Sed nunc fractis argenteis vasis de bonis ecclie
yponensis vobis in necessitatibus et pro captivis providere
volui. Consoletur autem vos deus qui suos consolatur
in omni tribulatione. Amen.

De potu superfluo.

De potu superfluo

Non miremini fratres carissimi si hodie ter sermonem
deo auxiliante perfecero. Accidit hodie ter
ribilis casus ut omnes audistis propter quem non solum ad ec
clesiam yponen. omnes antiquiores habere volui / sed etiam
omnes feminas et infantes in unum congregari precepi
quibus congregatis cum dolore et anxietate vobis enar
rare intendo tamquam pater in plebe quod accidit preclaris
simo cum nostro yponensi Cirillo. Ecce .n. ut scitis potens
erat inter nos opere et sermone et fere dilectus a
cunctis. filium ut scitis habebat et eum unicum possidebat
et quia unicus erat eum superflue diligebat sed super deum
Ideo superfluo amore inebriatus filium corrigere neglige
bat dans etiam potestatem faciendi omnia que placita
essent illi / O dolosa libertas / O grandis filiorum perditio
O paternus amor mortiferus / Ecce se dicunt filios
diligere quos vigilare procurant / dicunt eos amare
quibus iam suspendia parant / dicunt patres filios
se nutrire sed ecce iam pater et filius ambo in foveam

cadunt. Quare pater cum filio cadit in foueam nisi quia
qr pater cecus est quia malus et quia salutem suam
et filiorum suorum uidetur negligere. Quo et quo pr
hec neglexerit qn uirge peperat qn ei semp serenam
faciem demonstrauit. Cupitis audire nunc quo pater
et filius in foueam cadunt licet n. bene sciatis tamen qr
necesse est ut uos quamdiu uiuitis timeatis. Ideoque que hodie
facta sunt iterum dicere non erubesco. Ecce n. Cirillus nr
filium habebat ut scitis quem corrigere negligebat et luxuriose
uiuendo consumpsit partem bonorum suorum. Sed ecce hodie
ebrietate perpessus matrem pugnantem nequiter oppressit
sororem uiolare uoluit. patrem occidit. et duas sorores
uulnerauit ad mortem. O magna diaboli dominatio patrem
quem post deum reuereri debebat. matrem a qua portabatur
pregnantem oppressit. sorores quas tenerrime dilligebat
uoluit uiolare et duas uulnerauit ad mortem.
O dolosa ebrietas omnium malorum mater. omnis luxurie
soror. omnis superbie pater. O ebrietas tu mentem cecas.
Iudicio recto cares. Consilium nullum habes. blandis demones.
denenum dulce es. peccatum suaue es. O ebrietas numquid
non per te inflatur stomachus? numquid non per te putrescit
hanelitus? numquid non oculos cecas? numquid non cuncta
membra debilitas? Numquid non mortem acceleras? Nu
quid non bursam euacuas? Numquid non dominum recipies
ab homine? Numquid non bestialem et irronabilem te dilli
gentem tecum ducis? O ebrietas discant te dilligentes
agnoscere. discant te deuitare. discant te uelut mortem
effugere quoniam qui te dillexerit regnum dei non consequetur.

pregnantem +

Ergo o fideles abstinete et nolite inebriari uino
Non .n. sufficit abstinere sed abstinentes alios abstinere
doceatis. docentes quo loth inebriatus cum filiabus iacuit
Sanson etiam uino repletus per meretricem inimicis traditur.
Audite fideles. Audite ysaiam dicentem. Veh qui con
surgitis mane ad ebrietatem sectandam et potandum usque ad
uesperas ut in uino estuetis. In ueteri etiam lege pre
ceptum erat quod sacerdotes cum ingrederentur templum ministrare
domino omnino uinum non biberent. Si ergo hoc erat dum
templum tantum ingrederentur et quid nos miseri facere
debemus. O quam plures sunt ex nobis qui prius tabernam
insitant quam templum. prius corpus refitiunt quam animam. prius
demonem sequuntur quam deum. O fideles non fideles. Quid
uobis cum uino. numquid uinum factum est ut deficiatis male
dicentes nomen domini. Abstinete ergo a superfluo potu ne re
belles efficiamini. Quamdiu enim adam abstinuit tam
diu obediens fuit. tam diu bonus sanctus et iustus
permansit. Sic et Elyas tam diu miracula fecit
quam diu pane et aqua refectus est. Sed postquam carnes
comedit et uinum bibit in saturitate miracula non
legitur fecisse. Eya ergo fideles tantum superius assigna
tum inter cetera considerate et considerantes
deum timete et timentes eum feruenter rogate ut ab
his et ab omnibus malis liberet nos semper. Amen.

De modo obseruando.

(De modo obseruando.)

Aries mei et leticia cordis mei. Corona
mea et gaudium meum quod estis uos pax
uobis et caritas cum fide semper inter uos

adimpleatur quia me putatis esse prem animarum vrarum
Ideo desidero ita vos componere ut in vobis nec macula
nec ruga possint ante tribunal Judicis apparere,
Animabus enim vris non solum ornamenta sed et medi-
camenta desidero providere, Studeo .n. dissuta con-
suere, consassa sarcire, vulnerata curare, sordida
abluere, perdita reparare, et ea que sunt integra spiritua-
libus margaritis ornare, Ego .n. margaritas de
paradisi prima vobis donare cupiens nullam mercedem
in seculo opto recipere nisi quod vobis insinuare
intendo patienter audite ut cum dei adiutorio secundum
vires operibus adimplere semper studeatis. Sed
ante omnia fratres karissimi quos iterum parturio donec
formetur in vobis xps. Diligatur deus. Deinde
proximus. quia ista precepta principaliter sunt vobis
data et ideo fratres mei dillectissimi commorantibus vobis
in heremo in nomine dei nostri placeat secundum apostolicam vitam
unum sentire et omnia communiter possidere sicut scriptum est in actibus
apostolorum quod erant illis omnia communia et distribuebantur uni-
cuique sicut cuique opus erat In hac igitur vita per-
maneamus et nos ipsos in ipsa deo auxiliante for-
No. titer teneamus. quia qui perseveraverit salvus
erit, Si quis autem de seculo ad nostram congrega-
tionem venire desiderat primo precipio ut spiritus
eius probetur utrum eius voluntas ex deo sit, Non
debet enim esse voluntas nec coacta nec mobilis sed
sempiterna. universalis. constans. et omnium spiritu

caritate plena atque perfecta. Tunc enim proponatur quo
abneget voluntatem suam et sponte sequatur me, nec
volo quod cogitet amplius quid necesse fuerit ei. Scit enim
pater celestis quibus indigemus. Queramus primo regnum
dei et hec omnia administrabuntur nobis. In oratorio
nemo aliquid agat nisi ad quod factum est, unde et
nomen accepit. Ora iuxta mane usque ad sextam
tantum circa missarum solemnia. A sexta vero usque ad
nonam omnes vacent lectionibus et pater noster. Ad no-
nam vero reddant codices et servature conditiones sine
tumultu refitientur audientes dei verbum. postquam
autem refecerunt sive in orto sive in heremo et ubicumque
fuerit necesse operentur. Nil enim dei servo otiosi-
tate peius. Operentur ergo in nomine domini sacrum
ordinem non habentes usque ad horam lucernarii, nemo
tamen de opere suo aliquid sibi apropriet. Apostolica enim
vita optamus vivere. Si quis autem contrafecerit furti
iudicio condemnetur, et si correctus non emendaverit
de vera societate proiciatur. non enim hoc fit cru-
deliter sed misericorditer, ne contagione pestifera
plurimos perdam ex vobis. Cum enim aliquid fit per vos
cavete ne cum murmure fiat et murmuratores in
conspectu dei vocemur. Illum qui vobis preest deum
omnes sicut dei servos honorare debetis. Ipse vero qui
preest super omnia sollicitus sit de vera salute de quibus
debet reddere rationem. dominica autem die qui volunt
vinum cum dei gratia bibant, sed qui antiqui sunt et debiles

Nota

Nota

vinū bibere compellantur carnē domantes quātū vali-
tudo pmittit. Cū n. necē est ut aliqui ad seculum
vadant caveāt ne minus q̄ duo vadāt vel tres, Et
si ocli servorū dei eiciātur ī aliquā feminarū cavete
ne in illā figantur. Deus autē qui hītat in vobis et
isto mō custodiat vos ex vobis. Nemo cū secularib
extra monasteriū manducare vel bibere nisi aliquē
p̄sumat vel aliquid manducare etiā intus extra horā
nisi causis infirmitatis acciderit. Qui vero infirmā
ex vobis cū oī diligentia ptractentur, Et si de humili-
ma paupertate seculi venerūt neq̄ debet sanis moles-
tum esse si aliter tractentur in victu sed magis congra-
tulentur quia valent q̄ non valent illi. Si vero ut
fieri solet ab hereticis supveniūt incursio aut hosti-
litas Ita ut necē sit fratribus fugam arripē si deo
favente evaserint ad nemus cum helya redire fes-
tinent, cogitantes q̄ nullo mō poterūt separari
quos dei caritas sociavit, Si quis aūt contumaci
aīo observare contempserit capiatur ꝛ subiciat
monasterij discipline. Hec aūt que dico vobis sepe p
vos legantur ne oblivioni tradantur ꝛ nisi hec oīa
servaveritis vobis non perpetua leticia de filiorū sa-
lute erit. Hec igitur sūt que vobis ut observetis
precipimus in mon̄o constituti pp quod estis ī heremo
in vnū congregati ut vnanimes habitetis in domo
dn̄i ꝛ sit vobis anima vna ꝛ cor vnū in deo ꝛ dn̄o
Jesu xp̄o qui vos dirigat ad perficiendū mirabilia de
lege sui sua.

De Silentio.

De Silentio.

Silentium fratres mei carissimi inter cetera uobis
summe in heremo necessarium est, Omne enim quod
non edificat in periculum uertitur dicentium et audientium
lingua nostra sensus nostri sequatur rationem non uoluntatem
Non tantum oculos debemus tenere uel seruare sed et linguas
nostras inter dentes reseruare illesas, Sermon enim ua-
nus uane conscientie index est, Qualis enim es tales
sermones loqueris talis et mens comprobatur
O qualis fueris in factis si talis in uerbis comprobaris,
Stultus enim ualde est qui non prius uerbum ducit ante
lineam rationis quam ducat ad linguam oris, Qualis est homo
in mente talis uerbositas depingitur in ore, Verbo-
sitas hominem deducit ad Joculatorem humane nature, digni-
tatem deponit, honores sibi rapit, Inimicos infinitos
sibi acquirit, inflammat denique lingue mobilitas
in adolescentia ad iocosa, In uirili etate ad fraudo-
lentia, sed in senili ad detractoria, Restringenda est
igitur hec parua fauilla ne in magnam uertatur flam-
mam, Surculus ne crescat in siluam, gutta ne tumescat
in fontem, Maius est denique fratres linguam refrenare
quam capere ciuitatem, quia illud insultat exterius
sed istud interius, hic sumuntur arma contra se ipsum
sed ibi de alieno, Summa tamen uerecundia est et
depressa deiectio non posse linguam refrenare et uile
non posse ligare membrum, Ecce lingua egredi querit
motum perquirit, Tu uero monace per temperantiam ipsam

De Silentio.

nota

nota

refrena, appone ei pessulū rōnis, circūda eā maturitate
discretionis, O lingua tu periculū īminēs, luctū producis,
discordiā sepe spargis, proditiones sepe procuras, venenū
detractionis paris, et ad infernū qui tibi credūt ꝯducis.
O monace cognosce linguā neq̄ fuge eā. despice eā. cōfūde
eā si potes. Sed uolo te insuescere tuā linguā bn̄ loqui, vis
bene loqui da ei moderatū motū. pretiosa .n. lingua non
nouit nisi uerba diuīa cōstruere, O q̄ sanctū est os unde
celestia semper erūpūt elloquia, O monace considera te
redditurū rōēm de oī uerbo otioso et tāto maiorē quāto magis
es mūdo obligatus, non .n. ī foro sed in cella hītare dēs,
non familiaz sed familiarū aīas orōē pascere dēs. Non est
igitur tibi nccē multū inter hoīes cōuersari nec mercātias
ptractare ut uiuas. nā mercantiā ī monacho usurā occultā
extimamꝰ, Ama igitur monace solitudīēz, fuge multitudīēz
ne cōprendaris in uerbo et cōfundaris ī facto, Et si interro-
gatus fueris melius est tibi ad singula respondere breuiter
q̄ diutius īmoderate uerba curiosa extendere. Verbositas
eīz quid aliud est q̄ semen qd' fructū nō facit, O uerbose
erubesce et cōsidera tuā grādez miseriā, Quid .n. aliud es q̄
sal īfatuatū qd' ad nullū ualet cōdimētū vere ī faucife-
ros et ī fructiferos facis qui te libenter audiūt, O uerbose
mendax raro ueritatē dicere uoluisti, O loquax cognosce
te ipm̄ uana loqui nūq̄ erubescis, nec cōsideras quid sed quā-
tum dicē possis, non mensuras uerborū scītias sed tm̄ ut satie-
ris. O uerbose erubesce cognosce quid agis tua condiō ē occlta
nō manifestare nec ī ꝯuentibꝫ pdicare Sed si nescis sumis

ĩaudita fugis ſcire qđ̃ non ſis ut libẽter audiam a uob̃is.
O artifex mendaty / O faber fabulaz lege qđ̃ dẽs qz uiz
lnguoſius nõ dirigẽ ẽ tezã n̄ dirigetur ĩ tezã promiſſionis.
O monace et tu diligẽter attẽdas / naz qui nõ refrenat liguã
ſuã / hui⁹ uana eſt religio / Qui nõ refrenat liguã ſuaz
monachus nõ eſt / Qui aũt moderã liguã ſuã prudẽtiſſim⁹ eſt
Ega q̃o fires mei amate ſilentiũ / poĩte cuſtodiã oz uob̃ / eſtote
ſolitary ut ſitis angliſ ſonati / Eſtote ruſtici ut ſitis ciues ſcoz
z domeſtici dei. eſtote muti ut ſitis loquaces: loquiñ deo ut ſitis
ueraces: Cõtemplate ĩ hezemo ut cõtẽplemiñ a ſanctis ĩ celo
Eleuate capita ut eleuemiñ cozde Extendite bzachia ut extẽ-
damiñ toto cozde uolãtes ad celũ ád qđ̃ ꝓcurat noſ xp̃s deus nr̃.

De prudentia.

Fres mei cariſſi nõ ſolũ ſilẽciũ tenẽ debem⁹ in
hezemo ſed etiã prudẽtiã zapere feſtinare. pozro
prudẽtia eſt uobis nr̃a quia docet quid fugiendũ ſit. pru
dentia n. te docet ut nõ ſuperbias ner in rebus
trãſitozijs q nõ ſunt manere z ea que poſſides tq̃ aliena
poſſidere aduertas / prudentia te docet q̃ ea que nõ poteſ
ꝑpetuo tenere fructuoſe ꝑmittas abire. prudẽtia te docet
ut ĩ ꝓſpꝫis idez ſis tam ĩ proſperis q̃ ĩ aduerſis ſicut
manus que a eadem eſt nõ ĩ palmã extendimur z nõ
ĩ pugnũ reſtringimur. ꝑpea te docet quõ reprehenſibilis
ſit minua laudatio z ĩmoderata ꝺilatatio / illã qđ̃ adula
tioz / ſed iſtã ſuſpectã malẽtate. prudẽtia teſtimoniũ ueritatis nõ
abſcõdere reddit. prudẽtia nõ diſcretione ꝑmittit z ꝑmiſſã amplectat
z ãplis q̃ ꝓferat ꝓſtat. prudẽtia docz quõ ꝑterita ordinẽt⁹ quõ
preſentia recordem⁹ z quõ futura prudeas / O bñ⁹ qui

De prudentia

prudens est / O felix et vere felix qui prudens i
uenitur. nam si cuncta que hic amittit clama omnia
mea mecum sunt et que sunt ista que mecum sunt ut iusticia
temperantia. fortitudo. et prudentia / O tempera
te ipsum prudens omnia. n. que erripi possunt bona esse non
putes. Cum igitur prudens in seipsum contentus sit omnia
omnia secum habens in omnibus sufficiens est / Imprudenti
vero nihil sufficit quia in nullo contentus est quia et
sine fine sperat habere et possidere Ideo omnibus eget. Estote igitur
fratres mei in omnibus prudentes sicut serpentes et simplices
sicut columbe. Duo. n. sunt que connexa communiter sunt ut
una sine altera aut parum aut nihil omnino proficiat / Sim
plicitas sine astucia stultitia reputatur, Astucia sine simpli
citate superbia notatur nil approbatur. Astucia serpentis
dividitur in quatuor partes. prima est quod tocius corporis ve
nenum in guttere colligit et ibi prudenter docente natura
seruare studet / et si aliquando sibi necesse fuerit paratum habeat
unde se defendere possit / Sed in hac parte semper serpens decipitur,
Mustella. n. semper serpenti aduersatur et ante foramen
serpentis cauerne se ponit et eum prouocando tandiu umbra
sue caude sollerter illudit donec ipsum egredientem
agnoscit / Tunc uero mustella desuper ascendit in se tendens
et cum caput serpentis uiderit capitalem uindictam sumit de
hoste quem nunquam diligere potuit / prouocatus igitur serpens
extra cauerne foramen caput emittit et cum nihil deorsum
uidet uerso guttere respicit sursum / sed mustella tempus
cernens optatum dentes imprimit citra uenenum / sicque absque

periculo inimicum occidit. hec .n. est prima serpentis astucia
in qua fratres mei invidi sapientes vocantur quorum prudentia
non in celestibus sed in terrenis tota versatur, diabolus
umbra visibilium rerum alludit, alludendo decipit, decipiendo
occidit, et ne forte valeat aspicere in ipsis celestibus cupiendis
sepe eos cogit terrena aspicere. Alia prudentia in ser
pente est quod quando in aqua descendere cupit venenum reponit
in loco tutissimo, sed recedens ab aquis venenum iterum re
sumit. hec .n. vestigia serpentis multi sequuntur. s. qui pro
xpo abrenuntiatores mundane versationis extiterunt, ha
bitum sancte religionis suscipientes, sancto sancte professionis
juramentum suscipientes, sed post agnitionem veri
tatis revertuntur ad venenum prave consuetudinis, quibus
melius erat veritatem non agnovisse quam post agnitionem re
trorsum abire. In hoc .n. imitari debemus serpentem quia
venenum deponit, sed non quia venenum iterum resumit.
Tercia prudentia serpentis est quando veterem pellem per singulos
annos tenere deditus est quam depositurus angustum fora
men inquirit per quod transiens cum dolore pellem relinquit sciens
quia pelle deposita pulchrior apparebit. per hoc .n. fratres
dat intelligi ut et nos pellem vitiorum deponamus et per
foramen stigmatum xpi transeamus et tunc pulchriores ap
parebimus. per hoc .n. dives ille zacheus intravit
quando omnia bona sua pauperibus erogavit. In hoc .n. foramine
maria illa meretrix in domo simonis intravit dum me
retricis habitum deposuit et plorans ad pedes salvatoris
vestem sibi innovavit. Quarta serpentis natura est quod dum

ledi queritur i capite, ut uitam conseruet totum corpus
ad percussionem exponit, quia licet corpus percutiatur si
caput illesum reseruare poterit, damna mortis non
patietur, Sic et nos cuncta nobis aduersantia amore
capitis sustinere non timeamus, ut i beata uita quies-
cere daleamus, Sic .n. fecit petrus pro eo i cruce
suspensus, Sic et Batolomeus uiuus decoriatus, Sic
et paulus capite truncatus, Sic et stephanus lapidibus
uulneratus, Sic et laurentius i craticula assatus.
Sic et illa sanctissima agatha retorta in pectore que
glorianter sic amputata sic uulnerata sic afflicta
ducebatur ad carcerem et qui ad epulas inuitata precibus
dominum commendabat solemniter, Estote ergo fratres
prudentes et uigilemus i oratione patienter omnia tormenta
portantes amore illius in quo salus, uita, et re-
surrectio nostra consistit, Stemus prudenter i oratione.
nam sicut angeli deum pure laudant i regione uiuorum
Ita et nos per diem et noctem domino psallamus. Debemus .n. cum
sanctis puritatem habere, quia quod angeli peragunt i celis
et nos monaci facere debemus i terris. In hac igitur
fratres solitudine constituti toto affectu orare debemus
et patienter portare debemus omnia, nec dicere presumamus Ecce
legumina uentosa sunt, Caseus stomachum grauat,
lac capiti nocet, aque potum pectus non substinet,
Caules melancoliam nutriunt, coleram porri accendunt,
pisces mihi non sapiunt. nolite hec dicere fratres mei, noli-
te cogitare Non .n. seculum relinquimus si delicate

pascemur i heremo, et licet i heremo no semper comedatis
lac, butirum, caules, legumina, licet hec no sumatis insi
tum diebus solemnibus et illis quibus insitanum a sancto sene
epo valerio, licet cunctis diebus alias herbas crudas,
panem ordeaceum, et aquam sumatis, non tamen sufficit tantum
corpore abstinere sed et mentem illesam reservare debemus.
Eya ergo fres mei dillectissimi quorum vita ut puto scta
est ut multi ex duobus viderunt et audierunt veni in
civitatem Iponensem et secure perveni cum quibusdam meis
amicis carissimis, Enodio et simpliciano, nebridio et
alipio nihil mecum divitiarum portans et dei mei gratia
me adiuvante favoratus non modicum a predicto sene
valerio in heremo agentibus segregavi me multo la
bore fatigatus, edificare monasterium cepi cum longiori
anxietate congregavi in unum servos dei per nemora
habitantes et sic vobiscum pariter vivere cepi secundum
regulam apostolicam omnia communia possidentes. Deinde placuit
ei qui me segregavit de utero matris mee dicere mihi
Ascende superius et cum magna molestia factus sum episcopus
presbiter et quoniam vobiscum esse non poteram in domo episcopi
presbiteros mecum habere volui et cum eisdem pariter vivere
cepi, vos vero tales inveni quales desideravi, castos,
benignos, modestos, humiles, voluntate pauperes, obe
dientes, solitarios, misericordes, mundum cum omnibus eius
pompis calcantes. Sed quid hec omnia sine perseverantia?
Estote igitur prudentes fres mei perseverantes in bono
et vigilate in oroibus quia diabolus adversarius vester

vobis

De misericordia

regnat a quo nos liberare dignetur dns omnipo. amen.

De Misericordia.

Fratres mei annuntio vobis gaudium magnum
quia fortunatum monacorum pbrum dei gratia
superavimus et obstinatus in suo sensu velut
alter filius perditionis a plebe nra recessit confusus
post cuius recessum baptizavi lx^a. paganos qui sibi
aliquatenus adherebant. Ecce mo reversus sum ad vos cu-
piens perficere opus quod cepi. Beati igitur misericordes quia
ipsi misericordiam consequentur. O si diligenter consideremus
nram dei in nobis possemus hre miserendi formam. O fres
mei qd eum subiecit nre miserie nisi sua clementia. O
bta misericordia que solum commercium nre salutis agnovit
sola enim nra ad deum dirigit hoiem. sola reducit ad deum
hoiem. sola deducit ad deum hoiem. hec est sola mediatrix
adversos consolans. hec disiunctos copulans. hec sola deum
humilians nos sublimat. O quam pia fuit dei descensio ut
et nra eet gloriosa assumptio. O grandis nra. O infinita
nra. tu sola potuisti trahere deum de celo ad terram. de exilio
nos ad regnum. O magnum nre vinculum quo deus ligari
voluit potuit et ho ligatus vinculo iniquitatis disrupit
O monace si tuam consideres nram in opera dei erga te
non invenies nisi nram. nra enim est si flagellat ut emen-
datur se a pcto per tribulationem liberat si ypocritas et
tiranos et egnare permittat. hec enim oia cum nra facit
cupiens vobis vitam eternam donare. Attendite ergo fres mei.
attendite quod in pastore vel in iudice debet sil' ee nra et

iustitia / Misericordia enim sine iustitia destrueretur et in
crudelitatem conuertitur / Et Iustitia sine misericordia nunquid accepta
est apud deum? absit. Iustis enim et iniustis bonis et damnatis
misericordiam cum iustitia semper agit dominus omnipotens / quia beatis dat gloriam
quam non meruerunt hec quibus cumque bonis commissis / et malis
ea dat penam quam maiorem meruerunt pro commissis / Estote
ergo fratres mei misericordes sicut et pater noster misericors
est / Estote ergo fratres mei misericordes pensantes quantum
moyses perfectus fuit in misericordia qui pro populum pro eius salute
petiit deleri de libro vite / et quanto igitur zelo rectitudinis
cum obtinuisset veniam ad populum ait / ponat vir gladium
suum super femur suum / Ecce qui vitam omnium cum morte petiit
paucorum vitam gladio destruxit / Intus igne amoris / foris
zelo iustitie accensus / et seueritatis utrobique fortis ligatus
causam populi apud deum precibus et causam dei apud populum gladiis
alligauit / Studeamus ergo fratres mei dum viuimus
misericordiam rapere / et alatur a nobis esuriens / vestiatur a nobis
nudus / recipiatur a nobis peregrinus / consoletur a nobis
pupillus / visitetur a nobis infirmus / sepeliatur a
nobis defunctus / Ista enim sunt opera misericordie de quibus inter
rogari debemus in die nouissimo nouissimo. Sed dices Ecce
in heremo sumus / pauperes videre non possumus / sed pu
pillos et et viduas quomodo consolari debemus / mortuos
sepeliri non possumus / O / fratres bene scio vos in heremo
esse / nec pauperes videri credo / nec monasterium vos
exire cupio ut mirem vel proximum pluries consolari
possitis / Quam plures pro hac causa cognoui monachum exiisse

qui tamen ad monasterium nunquam reversi sunt / Sub spe
.n. boni multa mala fiunt. Ecce .n. diabolus dicit / o /
monace matrem tuam dolere nuper maritum amisit / filium
sepeliuit / possessionem perdidit / infirmatur ad mortem / nec vult
forsitan confiteri / quid igitur in heremo facis / quid cogitas.
Surge velociter / ex eas monasterium / Ingredere ciuitatem /
penetra domum parentum / exercere in ea opera misericordie / hec
.n. deus vult / hec precipit fieri / dum .n. servus dei hec
cogitat alium monasterium exit credens bene facere / Ecce
.n. dum appropinquat mater filium osculatur / pater am
plectitur / parentes applaudent dicentes noli nos reli
quere / fratres .n. sumus / Ecce .n. pater tuus antiquus est
Tibi incumbit familiam regere / quid ergo amplius ad monasterium
redire presumis / et sic audiendo consensit / et consentiendo
remansit / et in seculo remanentes omnibus peiores / et quicquid
boni fecerit amittitur / Cauete igitur fratres fratres
mei a malitia diaboli / Exercere tamen vos volo opera
vere / benefacere potestis orando obsecrando et deprecando
pro orphanis et pupillis / Et si hoc vobis non videtur sufficere
pensare debetis quod centum et plures in monasterio estis sil' ha
bitantes et sepe infirmamini / sepe a diabolo affliguimini / sepe
patimini / nunquid et sepe morienti. Exercere igitur po
testis et inter vos opera pietatis. Sed dicet quis ex vobis
patrem in seculo habeo et ego usque ad mortem in monasterio
viuere deo promisi / Ecce .n. pater infirmatur non pot
sine me viuere / quid ago / Exire / votum frango / sed et
stare patrem mori permitto, Dico quid agere debetis sicut

pro nunc mihi occurrit. nam si pater alicuius sine filio mo
nacho uiuere nullatenus potest procurare debet filius quo
de bonis monasterij patri subueniatur / Et si monasterium
impotens fuerit filius toto affectu uideat quo patri profitiat /
et si non uiderit cum dei benedictione. monasterium de
licentia maioris exeat et uerbo et opere patri subueniat
ut non deficiat ex negligentia nec uotum frangere credat.
Et si post patrem uiuendo remanserit statim ad
pristinam uitam redire non pigeat sancte et iuste uiuen
do sicut inceperat / et tanto fortius quanto senserit
se plus in paterno ministerio ultra necessitatem grauatum.
Nullus igitur erit qui se a uita excusare poterit
nec diues qui habet / nec pauper qui saltem calice aque
frigide non caret / nec monachus qui saltem etiam
orare debet. O / homo qui cum dolis uis esse in alicuius iusti
tie ipsum primo cognosce. nam si bonus est es / o / monace
faciliter cadere potes / Si diues / bonum fortune est
non nature / Si sanus es ecce infirmitas instat / Si
sapiens / non habes constantiam / Igitur siue sapiens sis
siue insipiens / siue sanus / siue infirmus / siue nobilis /
siue ignobilis / habeant omnes misericordiam / O / homo quid
de te erit si saluator tuus clemens et misericors
fuerit et tu uitam ignoraueris. nascatur fratres mei
uita inter uos non tantum ex negligentia / non ex pusilla
mitate / non in distinctione uel deceptione. non ex animi
infirmitate sed omnibus modis sit circumspecta ut sic
suum retineat proprium quod iustitie non auferat debitum.

O monace vide sancti Joseph miseriam qui fratrum suorum est
oblitus iniuriam, legite fratres mei miseriam David qui filii
persequentis deflet dementiam. O monace si clausteris
indigenti viscera misericordie, omnino claudetur tibi Janua
xpi. hec est enim porta domini et justi intrabunt in eam hec est
que novum testamentum illuminat, et veteris rigorem tenuat. hec
est lignum quo moises aquam dulcoravit. hec est ~~xpi~~
sal quo Elizeus aquarum sterilitatem extermineavit. hec
est forma qua Helizeus mortem que in olla erat ex-
tirpavit. hec est oleum quod samaritanus infudit vul-
nerato hec est iordanis quo curatur naaman sirus.
hec est sola virtus que dividit inter crudelem et pium,
Clementem et tyrannum. O monace ubi esses si dei miseria
tibi non subvenisset, si enim deus tecum disceptasset sententiam
non posses cogitare penam que responderet tuis demeritis,
omnia enim attribuenda misericordie, et si illam miseriam expendas in usum
proximi ut non sis avarus in miserendo, cum sis expertus
largitatem esse in deo. Amate igitur miseriam quia numquam vidi
pium hominem mala morte finiri, quam miseriam facit nobis
deus amen.

De obedientia.

Fratres mei obedire oportet deo in omnibus si salvari
in heremo cupimus, et si difficile nobis videtur
considerare debemus obedientiam filii dei et nostram
deponere contumaciam non differamus, ipse enim dei filius
obediens fuit usque ad contumeliam crucis, non ergo condemnamus
eius precepta, xpus enim obediens fuit usque ad mortem, nec
pro sua sed pro nostra salute et utilitate in omnibus ergo simus

i olla

De obedientia.

sibi obedientes / Ecce fr̄es angeli ī oībꝫ obediūt deo / ⁊ nos
qui cuius sumꝰ ꝯtradicꝰ deo / Insensibilia obediūt deo / ꝫ et
nos rationales resistimus deo / Sol a sua semitta non
deuiat / nec luna / nec stelle / Oīa. n. celica suis deo fa-
mulātur offitijs. Tu nō uolūtati dei q̄i ī oībꝫ resistis / ad
nutū dei Campi floribꝫ decorātur / Terra imbribꝫ fecūdatur /
frondibꝫ crispatur silua / In nemore citarizat auicula /
oīa deo obediūt / Solus homo dei uolūtati resistit / o
monace lege qd̄ dicitur. Melior est obediētia q̄ vic-
time / que causa est nisi quia in victimis aliena
caro īmolatur / sed ī obediētia uolūtas ꝓpria ⁊ caro mactatur.
Estote ergo fratres mei obedientes ut deū placare
possitis de pctis cōmissis. Tanto citius citius hō placat
deū q̄to repressa arbitrij sui superbia gladio precepti
se īmolat / Cauete tn̄ fr̄es mei ī obediētia sub ipa
tamen pōt latere fel draconis sub spē mellis / lupꝰ
sub pelle ouina / In pomo dulci sepe uenenū latet / ⁊
in olla mors sepe ponitur. Attendat gō qui precepit
⁊ qui obedire ītendit q̄ obediā sit hōesta ⁊ oī discre-
tiōe ornā seu decorata. nā si discreta non fuerit cru-
delitas extimanda est / Si nō honesta fuit nullatenꝰ
obedire debemus / Igitur si nobis precipitur q̄ deū nō dilli-
gatis / uel q̄ deū odio hēatis / nūquid obedire debetis.
nūquid ēt ipē deus hoc precipere pōt / Honesta igr̄ ⁊ iusta
fr̄es debēt precipi / ⁊ si iusta uel honesta nō fuerint
nullatenus obedire dēmus ⁊ si aplus hꝫ nobis indi-
cauerit / Nolite igr̄ fr̄es mei talibꝫ obedire / Sed caute

precipit

in cordibus alligate quod obedientia sine discretione cassa est et
vana non ex parte obedientis sed precipientis / et obedientia
honestate privata superbia est ex parte utriusque consentientis
et precipientis / et in die novissimo pariter puniuntur. Custodite
quid precipitis et ponderate quid imponitis. nam quotiescumque
obedientia honesta et iusta non fuerit totiens ad irritatem de-
venisse pastores cognoscant. Obedientia igitur fratres tunc est vera /
tunc sancta / tunc meritoria / quando est dotata discretione / hones-
tate / iustitia / et humilitate / Iste enim sunt socie sancte obe-
dientie sine quibus omnis obedientia vana est et inutilis.
Hec est prima obedientia que concordiam servat in angelis /
pacem nutrit in monacis / tranquillitatem generat in civi-
bus / Hec est prima obedientia sine qua res publica stare non potest /
sine qua familia aliqua regi non potest. O / quam enorme vitium
quod obedientie contrarium fuit / per hoc diabolus celum perdidit /
per hoc homo paradysum amisit / per hoc Saul regnum / per hoc
Salomon amorem divinum / O / sancta dei sponsa obedientia /
tu perfecta scala qua celum ascenditur / tu quadriga qua
Elyas vectus et vectus est in paradisum / tu porta paradisi /
fidelium et clausura inferni / O / sancta obedientia tu humilitatem
nutris / tu patientiam probas / tu mansuetudinem examinas / Esto-
te ergo fratres cum abraham obedientes reddentes que sunt
cesaris cesari et que sunt dei deo. Tunc vero dabimus cesari
debitum quando debita prelatis nostris reddimus. Hec enim debita
consistunt in reverentia / in rerum exhibitione et dilectione /
hoc autem facere debemus non solum pastoribus sed etiam sanctis dei / et tunc
reddimus per obedientiam que sunt cesaris cesari. Et tunc reddimus

que sunt de

que sunt dei deo quando in latria perseveramus hoc enim solum deo convenit. hoc enim consistit solum in oratione et gratiarum actione cultus exterioris exhibitione et interioris mentis devotione quod facere nos perseverare deus ipse dignetur. amen.

De perseverantia.

Ille perseverantia

Fratres mei sicut apostolus ait, non potest coronari nisi qui legitime certaverit, nullus enim lumine certat nisi qui in campo usque ad finem, et qui certat usque ad finem lumine certat. Ideo merito coronatur. non est igitur magnum quod bonum est sed consummare hoc solum perfectum est. Multi enim magna aggrediuntur sed desistunt in via, Multi exeunt desertum sed pauci perveniunt ad terram promissionis. O fratres fratres mei non tedeat vos incipere magna, nec fastidiat tenere inchoata, scientes quod perseverantia informat meritum et corroborat boni propositum, remunerat currentem, coronat pugnantem ducit ad bravium conducit conducit euntes ad portum. hec est tunica caloris Joseph sancti usque ad finem contingens. hec est tunica sacerdotalis usque ad pedes perveniens. hec est cauda hostie quam tenemur deo offerre et reddere. hec est calcaneum bone operationis quod contra serpentis morsum debemus obviare hec est virtus que deum ligat. hec est que omne bonum informat. hec est perseverantia qua laureantur martires, qua virgines coronantur, qua sacerdotes luminantur et confessores hec est vestis sine ruga, tunica sine macula, bonitas sine malitia, O monace qui bene cepisti Cave ne cadas, cave ne ad tempus virescas, et in tempore afflictionis marcescas, Cave ne feno compareris quod nunc nascitur et statim marcescit. Laboremus

ergo fres et laborantes pseueremus. laboremus ut pseuerantiam
heamus. laboret monaci oes ut retineat labores. laboret
virgines ut in se informet. laboret uidue ut ipe pseueret.
Attendite ergo fres, nam diabolus alii seruos dei ad bonum
irritat et conducit ut de bono grauius elliciat malum. Contra
hunc diabli insultum ualet sola pseuerantia ut bono fine bona
concludantur, irrita ne primum medio ne medium ultimo condicat.
Bonum enim inchoare et malo fine conducere quid aliud est quam men
struosas res conficere? Illa enim actio quasi cimera est, que initium
habet a rone sed finem a sensualitate. Tunc enim agitur sicut cum hu
mano capiti cernicem pictor equinam, et sicut lignum quo re
pletum quod non inducit fructuosas prunas. Caue ergo, o, mo
nace ne actio tua monstrum pariat. Enormis enim erit
fetus uentris si capiti non respondeat finis. Quidam
hunc monstrum bonorum quo uita monstrum est mirabile quasi
hominis caput protendens, sed medium in luxuriam descendit
et uentrem passeris gerit, et ad ultimam in rapacitate ten
dens lupi pedes ostendit. O, monace quid tibi prodest
bonum inchoare et non ad finem perducere, Si bonum uirtutis
amittis damnum incurris, et in grande supplicium progrederis
O, quam tibi melius fuisset viam veritatis non agnoscere
neque quam post agnitam retro ire per inconstantiam. O, monace ne quam
miser quam reputaris, apostasiam cum Juda incurris, mentis
stabilitatem post ponis, deum amittis, amicos sepe perdis,
odio cunctis heris, et uelut omnibus peior apostata comprobaris
in uita. O, homo attende in uita quoniam nisi pseuerauerit morieris
Igitur incepisti hedificare perfice, si non incepisti incipe. Si
obtulisti florem iuuentutis tue diabolo, saltem florem senectutis

tue immolare non differas xpo / ipe .n. misericors est
et te recipiet libenter et dabit tibi stolam candidam et anulum
in manu tua et calciamentum in pedibus tuis / Tunc veterate in diebus
malis renovaberis ut aquila in iuventute sua divinis in eternum.
Incipite fratres mei ergo et perseverate reducentes vobis ad me
moriam quanto bono recessit Judas et quo ferventer bene
agere cepit lingua vobis exprimere non posset / quo tamen
perseveravit bene nostis. Ecce Salomon per inconstantiam
prorupit / Sic et saul et multi alii / quia multorum incipere
et perseverantium parvus est numerus. Cavete ergo quo caute am
buletis considerantes quod qui se existimat stare caveat ne
cadant. Felix ergo est qui faciendo perseverat usque in finem.
Quod domini prestet nobis ille qui pro nobis est dignatus mori. Amen.

De Ira vitanda.

De Ira vitanda.

Fratres mei dillectissimi sicut omnem habere memoriam in
nullo errare deitatis solum est. Ita turbari / obli
visci et pati solum humanitatis est. nam deus non
mentitur ut homo nec ut filius hominis mutatur. Humanum
est .n. fratres mei turbari vel irasci et iram incurrere bonorum
et iram incurrere bonorum et malorum communis conditio est. Sed in ira
perseverare vel odio diabolicum est. Ideo vos qui spirituales estis
maxime attendere debetis ne ira in sinu stultorum requiescat
Fatuus .n. iram suam statim indicat. Forte .n. tamen spiritum
irascibilem continere et magne prudentie est et perfectionis.
O monace noli irasci. nam nomen et habitum in hac vasta
solitudine portamus. Custodite ergo vos ab omni turbatione
Non .n. decet servos dei turbationem incurrere. Numquid
nobis proderunt vera ieiunia / vera abstinentia / vera sacrificia /

Ab ira denique fres procedit rancor / A rancore odium
quod est ira inveterata in animo / Inde nascitur homicidium
et si non opere saltem volunte / Inde contumelia / Inde de
tractio / Inde susurratio et iniuria / que sunt opa carnis et
diaboli / O / monace depone iram / destrue rancorem / miti
ga furorem / ne filius perditionis efficiaris / O / quam melius esset
monacho in seculo pacifice vivere / quam in monasterio cunctis bonis
ornatus / in ira et furore litigare / et odium in corde tenere /
nec deum laudare / nec a deo exaudiri meretur / qui odium
servat in corde / qua fronte / O / monace / quo affectu /
qua devotione potes veniam postulare si fratrem tuum odis / pe
tis quod tibi dimittat sicut et tu debita dimittis / Crede
igitur mihi / quod tantum tibi dimittitur sicut et tu dimittis alteri.
Dimittamus igitur fres iram que recte significatur per lazarum
quatriduanum fetidum / quia qui iram in corde portat fetor in
famie statim eum erumpit / Si igitur ira in animo irascitur
mox refrena eam exemplo tui salvatoris qui percussus
in una maxillarum mox sine facto prebuit ei alteram.
nam si hoc primo ipse non fecisset / mihi facere numquam prece
pisset. Eya ergo fres mei discite ab illo qui dixit se
esse humilem et mitem / Discite opere quod sepe legistis ore
Sol non occidat super iracundiam vestram / Si enim frater tuus
in te peccaverit vade ad eum et irrita eum ad pacem / da sibi
osculum et eris lucratus fratrem tuum quem offendisti non differas
pergere non differas fratrem tuum reconciliare / vade ad eum / pete
veniam / et si verbis eum offendisti / verbis eum reconcilia / Si
vero facto / quod deus avertat / placa eum factis / Sic enim decet
nos demones expellere et sanctos angelos introducere. nam

ubi ira regnauit ibi per oia princeps diabolus erit / nec
inde aliqd bonu exire poterit. Fugiamus igr fres mei ira
que rōem suffocat / mensura iustitie iustitie ignorat / solem
iustitie nescit / amicitias rupit / et de facili aufert pacem
mentis / sapiam calcat / sapientes infamat / monachos
deuiat / sacerdotes suffocat / castitate euacuat / grauitate
in pastoribus dillacerat / nec ira repletus concilij pot
ee capax / O monace cristum intuere caput tuu / na in cruce positus
p suis crucifixoribus exorauit / Et primus martirum ste
phanus p suis lapidatoribus genua flectens clamauit /
Vne ne statuas ill hoc pctm. Et si non tante pfectionis
sumus ut bonu pro malo reddamus / saltē malu p malo no
soluamus. Non tm pusillanimitate remittende sut iniurie
sed per sapiam que est in xpo Jesu / O / quata fres mei
huius peccati labes / O / qz grandis et lata miseria tam
corporis qz aie. na corpus quietem somnu et alacritate amittit
sed et anima uita pdit eterna / demut .n. et reuertuntur
ad nos per iram pristina peccata / et sic cofundimur et dana
mur / Nos uero fres mei qui xpiani uera! citer sumus
relinquamus uindicta illi qui ait / da mihi uindicta et ego retribua.
qtquid .n. ad te ptz dimitte illi. Nuquid uero et ipe uindictas
mirabiliores facit qz nos imaginari possumus / non tn hoc
sibi pete debemus nec affectare / sed pro eis orare mente
et puro corde. na cu ita iniurias face petimus / qd dei est / usur
pamus. Orare tn sine intermission. demus ut uindicet sanguinem
suorum suorum qui effusus est / no ad danatioem sed ad correctioem
qui e bndictus in scla. Amen

De fletu peccatorum.

De fletu pctorum.

Scitote fres mei carissimi qp post mondi gaudia sequuntur

eterna lamenta / quia nemo pot hic et in futuro gaudere / Ideo necesse
est ut unum amittat qui alium voluerit possidere / Si ergo o monace
hic cupis gaudere / scias iam exulem te patrie celestis / Et si hic
ploraveris iam patrie celestis civis constitueris. Beati inquit
qui lugent quoniam consolabuntur. / Sed dicet quis quid flere
debemus / o pater / Ego autem filioli et fratres dico quod flere debemus
peccata que commisimus / Iste fletus est panis noster quem cotidie
comedere debemus die ac nocte / flere etiam debemus propterea
peccata quasi sicut nostra vulnera / Sic enim paulus faciebat
dum clamabat quis infirmatur et ego non infirmor / flere
etiam debemus de dillatione regni eterni / quod bene osten
debat ille propheta david heu mihi quia incolatus meus
prolongatus est. Iste enim sunt tres miserie quibus texitur
liber Jeremie prophete quibus plangit peccata anime / Insultum
miserie / et dillationem patrie / horum fletum imbribus debe
mus irrigare terram mentis nostre ut pariat fructus
fletus bonorum operum diversos floresque virtutum / Isti quoque fleti
sunt per quos filii Israel transierunt ad terram promissionis
vere peccatores ex egipto vitiorum exeunt / mare imbrium trans
euntes dum submergantur hostes et vitia suffocantur / vere
cantant domino gloriose dum intrantes celestem Jerusalem depo
sita corruptibili cieste sunt sanctis angelis sociati / o monace
fac ergo ut mens tua sit liber / quem vidit ezechiel
in quo scripta erant lamentationes et vel / o monace ad has
lamentationes te convertas / hos dolores amplectere
cunctis diebus vite tue non solum tuos / sed etiam proximi / Cave
tamen ne fleas matrem corporalem alicuius / nec substantiarum amissionem
nec corporis infirmitatem / omnia enim sunt necessaria omnia hec valde

coia ponas ergo te in dei uoluntate / Relinque sibi oia ipe
te reducet et conducet / quicquid acciderit tibi libenter suscipe /
deum in omnibus lauda / omnem honorem et reuerentiam et gratiam
sibi exhibeas / solum quotidie fleas que commisisti et mala que
committere proximos uides quasi tua sint uulnera / Sic enim
peccatrix illa maria non solum in domo simonis sed et post
aduentum spiritus sancti idem ardenter fecit / semper enim dolebat /
semper in uita sua flebat que amiserat sicut fecit maria
mater domini. nam dum iuxta crucem stabat non sua peccata flebat
quia nullum peccatum habebat / flebat tamen non tantum filij passionem
sed et iudeorum damnationem. Sed dices fratrem meum uel amicum
meum mortuum uideo / naturalis infirmitas me inuitat ad planctum
Eya iam dico tibi monace tempera luctum tuum / non enim tuum
est mortuos flere / sed seculi / non tamen prohibeo naturales
lacrimas / quas naturalis necessitas exprimit. nam multi lacrimas
fundunt et quamuis natura nos ad hec frequenter inuitet
Animus tamen sapientis immobilis perseuerat / O / tu qui
sapiens esse uideris in seculo caue ne consentiat animus tuus
mortuos deplorare / stude ut luctus uincatur ab animo / Caue
ne absorbeatur animus tuus ab infirmitate mentis, extenuet
spiritus carnem / et ratio sensualitatem / Imminet dolor noli dolere
pepara te ad mortem ut timere non possis post mortem
Incipias ante mortem moriendo dum uiuebas uel uiuendo
moriebaris. Cupis ergo semper uiuere depone fletum pro terre
nis noli plorare que mundi sunt et que necessaria sunt euenire.
De animo fletum depone pro terrenis et assume lamentum
pro celestibus. Beati inquit qui lugent. Beati qui flent quoniam
ridebunt. Dilligamus igitur lacrimas que suaues sunt dilligentibus

O / monace

deū Delectamū semper in hac īferma uita ⁊ fletu ⁊ la
mento. Eumus ergo caute proni ad lamētū ⁊ fletum
quāto fuimus ad culpā audaces, Qual nobis fuit ad
peccandū intentio talis sit ad penitendū deuotio. Gra
uia pctā grauissimis lamentis indigent, Accipe ad cō
punctionē que sanitas aīarū remissioq; pctorū est. Sacri
fitiū spūale est quod deo sūme placet, holocaustū me
dullarū est Cor peccatoris hūilitatū, lacrimis quottidiānis
irrigatū, pinge g° oculū mentis ut lacrimas pducat
compūctionis, O, cōpūctio q̄ sancta q̄ mirabil' pre
dicaris, Tu spūale lauacrū es, Tu flagellū dei es p
qd' deus mutat', Tu stimulus per quē deus ad hoīem
inclinatur, Tu ligamen per qd' deus fortiter astrin
gitur, O, cōpūctio scta ⁊ īmaculata sine qua ꝺ adultis
non ualet baptismus, sine qua ad iudiciū dīū corpus
recipitur, sine qua īfructuosa est oīs confessio, sine q̄
oīs satisfactio inanis est, O, cōpunctio lacrimosa, O,
lacrima mentē purgans, Intentionē fecundans, con
fessionē irrigans, aīam sanctificans, hec ē lacrima
sancte cōpunctionis sc̄. soror que motus illicitos ex
tinguit, paradisū aperit, Infernū claudit, mūdū
despicere in cūctis facit. O, felix lacrima tu carnalem
delectationē extinguis, pctorū morbū expellis, O,
felix tabula, O, uital' nauicula, per quā naufragus re
dire pōt ad portū salutis, O, aqua saluatoris p quam
oē pctm destruit'. O, uia p quā ad paradisū graditur,
O, spiritale conduculū p quod de ad uiam
transitū, O, felix lauachrū pnīe lacrimarū quo tociens

ad purgandum debemus uti quoties purgatione indiget cor
humanum. Hec est fratres mei herba celestis illius fullonis
que vestes servorum suorum deturpatas a sorde et quottidie
purgat. Hec est celeste intrum quod rore divine gratie decoctum
absterget macula peccatorum lixivium quo interioris hominis
caput optime abluitur. O lacrima tu contra ruinas hominum
es suave solatium que passionis xpi es vicaria contra
peccatum ponens remedium ut per te cogatur tonens xpus mori
quotiens labitur homo in abissum peccati. Ergo lacrimas
quis continere poterit. Intremus ergo conscias nostras ob
secro. Discutiamus eas et si risimus in iuventute saltem in sen
tute fleamus, cogitantes quid xpo quid diabolo, tempore nostre
iuventutis persolvamus. Et si antequam ad heremum perveniamus
risus nos curavit per concupiscentiam, si gustus per immoderatam
ciborum delectationem offendit, si auditus per enormitatem verborum
vel spontaneam detractionis audaciam reliquit, si lingua clau
dicavit in verbo, olfatus erravit in odoramento, si tactus
fefellit in suavitate, si gressus ad furtum, si in his vel
in aliquo istorum inveneris culpam ablue culpam per lacrimam
iuxta quantitatem sordis mensura lacrimarum copiam assumendo
penitentiam que mater est omnium bonorum. Timor et qui
penitentiam concupiscit contritionem parit, penitentia enim digna
bona est que peccata parata deplorat ut deplorata iterum non
committat. Quid ergo pro pena est nisi a te acta deflere
et flenda iterum non committere. Nam qui sic deplorat peccata
ut iterum peccata committat adhuc penitentiam agere ignorat. Nunquid
qui dissilat irrisor est et non penitens? quid adhuc

intrum

persolvimus
pervenimus

agit qui penitet / penitentiam ergo fratres mei et penitentes penitentiam agite in fletu et in lamento ut digne ridere possimus in gloria beatorum amen.

De superbia et humilitate

De superbia et humilitate.

Fratres mei ubi superbia fuerit ibi contumelia et discordia dominabitur. non ergo decet servos dei in heremo constitutos superbos esse sed humiles / non elatos sed mansuetos / castos / benignos / et in omnibus virtutibus ornatos. Cavete ergo fratres mei et vigilanter attendite semper ne superbia in flenum de bonis commissis / Scientes quod ex angelis superbia demones fecit / Cognosce infirmitatem humanam / Sede in cinere et cilicio / nec cum phariseo dicas / gratias tibi ago domine quia non sum sicut ceteri homines. Sic .n. solitariam vitam ducentes diabolo instigante sepe cogitant / sepe hec dicere temptantur ab inimico servorum dei potius volo vos heremum exire quam talia dicere vel cogitare. Sed dum temptamini hec asserere / vel de vobis ipsis cogitare / mox clamate / mox ululate et dicite Ego sum vermis et non homo etc. Et cum publicano dicite quibuscumque virtutibus ornati sitis / Deus propitius esto mihi peccatori / Attendat caritas vestra quid dixit veritas vestra / Qui maior est vestrum fiat sicut minor / et quanto maior es tanto humilia te in omnibus et invenies gratiam coram deo et hominibus / O / sancta venerabilisque humilitas / tu dei filium descendere fecisti in uterum sancte marie virginis / tu eum fecisti volui villibus pannis ut nos induceret virtutum ornamentum / tu circumcidisti eum in carne ut nos circumcideret in mente / Tu .n. eum permisisti corporalitatem flagellari ut nos liberaret a flagello peccati / Tu eum coronasti spinis ut nos coronaret suis

eternis rosis / Tu .n. eum infirmari fecisti qui medicus
cunctorum erat solo verbo sanans universa ut infirmos
sanaret / O / sancta humilitas quam dissimilis est superbie . nam
illa superbia luciferum de celo eiecit / Sed humilitas dei fi-
lium incarnavit / Ipsa superbia adam de paradiso repulit / sed
humilitas latronem in paradiso introduxit / Superbia gigantum
linguas confudit / sed humilitas cunctos dispersos congre-
gavit / Superbia nabuchadenosor in bestiam transmutavit /
Sed humilitas ioseph principem Israel constituit . Superbia
pharaonem demersit / Sed humilitas moysen exaltavit .
Hec est illa sancta humilitas que fecit nos privatos seculo .
que fecit nos in conventu solitarios omnibus virtutibus florere
perfectos / hec est illa sancta humilitas que phariseos tra-
didit in reprobum sensum / excecavit Iudeos / suffocavit
paganos / Inflavit xpianos / puniuit obstinatos / deiecit
potentes exaltos in sede / Sed superbia non sic / Sed quid nisi
quia ubique prelatos percutit / divites timorosos efficit / reli-
giosos decipit . hec homines cecat ne se agnoscant ad id
quod sunt . hec .n. fructum operis perdit / mentem hominis ligat /
quia ab ea panditur omne malum . hec est .n. illa ferventis
olla quam hieremias vidit in qua delectantur principes
tenebrarum / sectatores bonorum temporalium / Inventores divi-
tiarum qui primas cathedras appetunt in sinagogis / salu-
tari in foro / vocari rabbi . hanc tabulam succendit dia-
bolus dum corda patrum inflat altiora . Isti sunt quatuor
venti qui totum orbem perflant / arrogantia / sibi asscribens
quod non habet / Insolentia / sibi tribuens quod alteri debet / figura

superbie que multa de se credit ultra quam verum est.
Contumacia se erigens in prelatum. Isti sunt quatuor fabri
qui totum mundum concutiunt et corda filiorum dissipantes
a quibus nos custodiat deus. Amen.

De fortitudine.

De fortitudine.

Quia in hac vasta solitudine gratia dei in
unum sumus congregati ut unanimes etc.
Propterea inter ceteras virtutes fortitudinem
oportet nos rapere sequi et imitari. Nam si hanc virtutem
amplexi fuerimus fortune iacula non timebimus, deride-
bimus diaboli blanda et spernemus irata. O, ligate hec
in cordibus vestris, quod qui fortis est liber est, non enim servit
fortune, non varietati mundane. O, considerate quanta
fuit in martiribus fortitudo, qui possibilia tormenta despiciunt,
tiranos confundunt, cuncta mundana contemnunt, quibus erant
decorati, licet in cunctis tenebris aff. tenebris afflicti licet
in omnibus corpore sint proiecti, non tamen legimus mente esse muta-
tos. Et scire debetis quod multis modis dicitur fortitudo, ipo-
critarum videlicet philosophorum et bonorum fidelium. Ipocrita denique
multa sustinet, fortis in cunctis apparet, veh ipocrite quia
venando mundi gloriam eternam penam merentur, hic
trahit ad gloriam quod non habet gloriam. Hec enim fortitudo non
est virtus, sed vitium, non magnanimitas sed infirmitas,
non bonitas sed imbecillitas appellatur, hanc pretendunt here-
tici, hanc rapiunt falsi fratres, de quorum numero dei gratia nos
fratres non cognosco. Quedam etiam fortitudo est in philosophis qui
calcaverunt divitias, honores, dignitates, et omnia alia

alterari membra propriorum corporum / Sed hec fortitudo
insufficiens erat ad vitam eternam quam · nisi quia caritate
et dei amore carebat propterea denique caritas est forma omnis
bone actionis · O / quantus rigor fortitudinis erat in pla
tone / O / quot et quanta patiebatur contraria / Sed quia
fundamento fidei caruit propterea propterea spes eum fortitudinis
non erexit / Caritas eum non perfecit / Ideo virtutis
meritum amisit · Sed est alia fortitudo qua boni quotti
die certant usque ad mortem / tales sunt fundati in deo
Ideo ut supra diximus nec verba nec impiorum verba
timent / hec est illa mirabilis fortitudo illa qua moyses
asperitatem vie in deserto vicit / hec est panis celestis
qui elyam in deserto pavit / hec est fortitudo que
mortem spernit / hec est clavis qua domus dei patefit
et aperitur / hec que habenas voluptatis sub freno ra
tionis iacere cogit / hec est qua Johannes in deserto
decoratur / hec est in qua paulus heremitarum forma
beatificatur / hec est anthonii aliorumque sanctorum primum
lorica et zona / qua precincti et armati in excelsis in
defessa voce quottidie clamare non cessant / O / forti
tudo heremitarum baculus cenobitarum / cingulus mo
nachorumque omnium sacrum / Tu contra paupertatem vales
ut non frangatur animus paupertatem amantis / sed amplior
sit interius ut magis detestat in mente / quanto minus
habundat in rebus fortune tanto plus valet fortitudo
contra mundi insultum / O / fortitudo si dolorem pateris tu
in omnibus gratiam agis / Tu in tribulationibus divitias spirituales

et delicatas inuenis / potius morbi cedant in mentis commoz
quam corporis detrimentum / O fortitudo tu crudelitatem omnem
euacuas / carcerem respuis / crucem non metuis / aculeum
amplecteris / optas uincula / spontanea semper curris ad
mortem / O homo nihil ualet cursus tui brauij / nihil tua
operatio nisi columna fortitudinis amplexetur / Et si co-
lumna tue fortitudinis fracta fuerit / tuum hedifitium bo-
norum operum ruit / Hanc si dauid tenuisset homici-
dium et adulterium numquam commisisset / Si sanson hanc
seruasset frigida eum inimicis non tradidisset / Si salo-
mon hanc dilexisset Idola non adorasset / Si petrus
hanc tenuisset ad uocem ancille filium dei non negasset /
Si filij Israel hanc habuissent minime in deserto mur-
murassent / Eya ergo fratres mei estote fortes in bello
temptationum tribulationum infirmitatum iniuriarumque et
pugnate uiriliter cum antiquo serpente et accipietis regnum
eternum. Amen.

De modo querendi deum.

Ille modo querendi deum.

Audistis fratres mei carissimi sanctissimos reges
deum dilligenter quesiuisse et querendo deum et
hominem inuenisse non dubitamus et si preciosa
munera obtulisse firmiter credimus et predicamus.
Vos ergo fratres querite xpm / querite nazarenum / querite
floridum / candidum / ac rubicundum / querite xpm et hunc
crucifixum querite et inuenietis / pulsate et aperietur uobis /
clamate et uocate dilectum mortiantes quia amore langues-
citis / O uos mundi amatores qui terrena sapitis quorum
deus uenter est et gloria cum confusione / Quid agitis

sine xpo, quid concupiscitis, quid speratis, nunquid sine xpo
pax vobis esse poterit, nunquid felicitas vel victoria
nunquid ergo dignitas vel securitas, fides vel caritas, spes
vel fiducia, constantia vel temperantia, prudentia vel
scientia, pulchritudo vel fortitudo, olfatus vel tactus,
visus vel auditus sine xpo vobis esse poterit. O, fratres
mei absit. Ergo q ergo querite xpm dum inveniri pot
invocate eum dum prope est, in xpo denique sunt omnes
virtutes et thesauri sapientie et scientie absconditi, querite
et invenietis ipsum, pulsate ad xpm et aperiet vobis xpus
Amate xpm ut amet vos xpus, querite q xpm pau-
perem ut inveniatis xpm divitem, pascite famelicos
xpi ut pascat vos xpus, visitate infirmos xpi
ut visitet vos xpus, pacem habete in proximo xpi amore
ut vos pacificet xpus, hunc ergo xpm queramus,
hunc etiam veraciter cupiamus, ut hunc realiter ut
possimus agnoscamus, hunc semper queramus et inven-
tum tam fortiter tam suaviter tam dulciter te-
neamus quod eum non amittamus. Querendus est
ergo xpus sed non in taberna ubi est magna ebrietas.
Querendus est ergo xpus sed non in secularia curia
ubi est summa falsitas. Querendus est xpus sed non in
scolis mundanorum philosophorum ubi est perversitas. O, vos
mundi amatores qui terrena sapitis et pro terrenis
honoribus et pompis discurrere non desistitis transeuntes
montes et alpes investigare volentes, alta celi, lata
terre, profunda maris, in calore, frigore, fame et nuditate

Cur xpm non queritis in quo hec oia et maiora pfecte
reperiuntur? Quiescite iam agere peruerse, Discite bene
facere. O, uos qui celorum motus quottidie inuestigare curatis
non tamen ut deum pfectius cognoscatis, sed ut mundo florentes
appareatis, Sapientes sigitur et insipientes Querite xpm
sed non cum luxuria in qua est lata deformitas, non cum superbia
in qua iacet eterna calamitas, non cum auaritia in qua est
idolorum seruitus et terrena felicitas, Sed heu fres heu
quia non est qui speret in eo, Sed miles in ense, Rex in
diuitiis, puer in pomo, Seruus in dno, uxor in uiro,
vir in uxore, Vetula in pua pecunia, et rusticus in le
gumine sperat. Ecce fres quomodo unusquisque recedit a deo sa
lutari suo, Ecce quomodo speramus in uanitate dereliquentes
deum factorem salutare nrm, et recedentes a deo salutari
nostro, Non sic ergo fres mei non sic, Etiam si diuitie et
honores affluant nolite cor apponere sed solum in xpo
cor apponite et in xpo semper sperate, quia xpo cura est
de singulis nobis, Queramus ergo xpm fres mei et numquam
quiescamus quousque ipm inueniamus, Querite eum dum inueniri
potest, Inuocate eum dum prope est, Sed quomodo eum queremus
fres? Ecce .n. quare hoc xpus, Querunt eum pagani, que
runt eum Judei, O, xpiane caue ne queras xpm cum
Judeis, sed cum paganis regibus per qui rem non desistas,
nam pagani querunt xpm adorare, sed Judei querunt xpm
supplantare, Pagani hoc ad xpm ueniunt, Sed Judei xpm
spernunt, Pagani ueniendo ad xpm laborant, Sed Judei
quiescendo xpm ignorant. Pagani xpo munera

offerentes ipm adorant / sed Judei iam xpi morte procurat /
pagani xpm iam adorando et miracula ibidem inueniendo
ipm toto corde magnificant / sed Judeorum sinagoga iam xpm
spinis coronat. Per aliam viam pagani reuertuntur gaudentes /
Et Judei incipiunt iam esse pauentes / ne forte ueniant Romani
et tollant eorum loca et gentem / Erubescite / o / perfidi Judei
erubescite quia ueniet xpus qui lapis super lapidem in te
non remanebit eo quod non cognoueris tempus visitationis
tue / Erubescite quia hereditatem vestram alieni aggrediuntur
et ad vestrum natum per stellam adducuntur / cum pretiosa natiuitas
fuit ante secula predestinata / et prophetis pronuntiata / et pas-
toribus manifestata / et sapientibus regibus reuellata
/ o / Judei semper deo rebelles / o / ceci et obstinati cur non
consideratis mirabilia que deus operatur in medio terre
vestre / Cur xpm non queritis cur deum et hominem non agnoscitis /
Cur eum verum dei filium non adoratis / o / fratres mei non
solum Judei sed et mali xpiani xpm occidere querunt qui
hec querunt ut qui peccata sua seruare contendunt / non
sic magi fecerunt / Sed mox xpo nato credentes per viam
laborare ceperunt / et sic perseuerantes aliquando inuenire me-
ruerunt / non in pretiositate pannorum / non in multitudine
seruitorum / non in thalamo picto / non in loco eburneo / non
in aula regia / Sed pro thalamo voluit reclinari in sta-
bulo / pro lecto hic voluit fenum / pro seruitoribus bouem
cum asino saluator hic voluit. Ergo fratres mei querite
deum floridum candidum et rubicundum / cuius ortum angeli can-
tant / sancti exaltant / sterilis clamat / vidua prophetat /

Simeon senex expectat / Joseph cogitat / Maria mr̄
reclinat / Bos agnoscit / asinus portat / Stella demostrat /
Magus adorat / Iste est deus deorū qui in cherubin apparet
terribil' / qui i virtutib; ondit̄ur incōprehensibil' / Iste ē qui
nuper de maria natus est virgine ⁊ hō deus factus est
ut nos deus factus faceret / factus est hō iste qui esuriuit
ut nos reficeret / qui sitiuit ut nobis vite eterne pocula
ministraret / Iste est qui ꝓ nobis temptat̄ ut nos a
temptatoib; liberaret / qui ꝓ nobis ligat̄ ut nos absol
ueret / qui ꝓ nobis humiliatur ut nos exaltaret / qui
ꝓ nobis expoliatur ut nos tegeret / qui ꝓ nobis coro
natur ut nos coronaret / qui felle ⁊ aceto potatur
ut nobis fontes mellifluos aperiret / qui morte sus
cepit ut nobis vitam eternā donaret / qui sepultus ē
ut sepulturā suorū benedicet / qui ascendit ad celū
ut nobis celorū portā aperiret / Sedet ad dexteram
dei patris ut preces ⁊ voces exaudiret / Ecce ergo ad quid
natus est xp̄us / Ecce ergo ad quid venit xp̄us / Ecce pp̄
quid ad nos descendit xp̄us / Quid igitur agitis / o /
vos mondi amatores / quid vobis cū carne / o / venerabiles
senes / o / Juuenes delicati quid agere creditis cū nihil
sine xp̄o potestis facere quibuscūq; etiā bonis terrenis
onerati estis / Querite ergo Juuenes xp̄m ut Juue
nes maneatis / Querite vos senes xp̄m ut cū onū
ꝓsperitate diuere valeatis / Querite xp̄m ⁊ volite
quiescere / Illū xp̄m illū Jesum qui centurionis seruū
sanauit / paraliticū solidauit / lazarū resuscitauit / cecos

illuminauit / meretrices beatificauit / Cananeam exaudiuit / latroni pepercit et paradysum donauit / hunc xpm querite fide / spe / et caritate / querite xpm et nolite quiescere Querite xpm et nolite sperare in longitudine uite vre quia incertus est exitus / sed attendite ne decipiamini quia sub spe boni multa mala fiunt / Non. n. desinit hostis antiquus figuram assumere angelorum laqueos deceptionis vbique pretendens / nouit enim ipse malignus naturas hominum et cui adhibeat cupiditatis calorem / gule uoracitatem / luxurie feditatem / inuidie calamitatem / optime nouit quem merore conturbet / quem fallere posset gaudio / quem metu o metu opprimat / quem admiratione seducat / cunctorum discutit naturas ventillare et perscrutari cunctorum affectus in nullo desistit / et vbi cognouerit quod delecteris ibidem suum exercitum ponit Tu ergo fidelis cum temptationes senseris / mox xpm quere / mox inuoca / et mox tibi auxiliabitur / quia fidelis non permittit nos temptari supra id quod possumus portare qui est benedictus in secula. amen.

De obedientia mandatorum dei.

De obedientia mandatorum dei.

In omnibus operibus nostris sacerdotes dei altissimi memores estote mandatorum dei in omnibus sibi obedientes ut digni repromissione per eius gratiam inuenire possitis. scientes tamen quod sine obedientia omnia uacua sunt et cum obedientia omnia plena caritate reperiuntur / obedire igitur nos necesse est non tantum bonis et modestis sed etiam discolis et malis / non tamen quia mali sed quia bona seruari precipiunt quibus

obedire debemus / o venerabilis sanctaque obedientia salus omnium
fidelium custodia omnium virtutum / Tu celum aperis / et infernum
claudis / Tu igitur filium dei ad dexteram posuisti / venit inter
homines non ut faceret voluntatem hominis sed voluntatem patris
eius qui misit eum / voluntas enim patris fuit ut redimeret
humanum genus et reconciliaret ei creaturam suam que
perierat / et ut hec voluntas perficeretur filius dei fuit
obediens usque ad mortem / ut ergo non esset nobis obedientia
laboriosa exitum presentis vite salvator per obedientiam
terminavit / Iure ergo obedientia omni sacrificio preponitur
quia nos de potestate diaboli eripuit quod nullum legale sacri-
ficium facere potuit / nec mirum si nos peccatores in hac
vita obedientie subiciuntur quando hanc mediator dei et ho-
minum in morte non deseruit et se ei subiecit quia per
omnia erat equalis patri / nos autem propter peccatum aliis hominibus
subiecti sumus / nam natura omnes equales genuit / sed in
equalitas que accessit ex vitio ordinata est dei iudicio
unde oportet nos obedire hominibus / sed propter obedientiam numquam malum
debet fieri quod si angelus vel archangelus cherubin vel
seraphin hoc fieri tibi precipiat / nec ipse deus qui
est benedictus in secula potest nobis precipere quod toto affectu
eum non diligamus / Sed scire debetis sacerdotes dei
quod propter obedientiam alium debet bonum quod agitur intermitti /
verumque numquam nobis istius mundi prospera non numquam iubentur
adversa / propterea sciendum est quod obedientia aliquando si de
suo aliquid habeat nulla est / aliquando si de suo aliquid non
habet etiam nulla est. nam cum huius mundi prospera precipiuntur

tur locus superior cum imperat his qui sibi precipiendi ad hec
optat virtutem obedientie sibi evacuat quia aliquid ex
proprio desiderio sibi hanelat. Rursum cum modi despectus
precipitur cum obbrobria et contumelia iubentur nisi hec ex
semetipso animus appetat obedientie sibi meritum minuit
quia ad hec que despecta sunt invitus nolensque descendit
Debet ergo obedientia in adversis ex suo aliquid habere
et in prosperis ex suo aliquid non habere quod bene ostendimus
si duorum amicorum dei facta est in medium proferimus.
Moises .n. deo iubente ut Israelite plebi preesset apud
se humilis fuit et gloriam tanti regiminis considerans expa
vescit / et ne hoc reciperet se humiliter excusavit / Sed
paulus dei revelatione admonitus ut Ierusalem pergeret nec
tamen ignorabat ea que ibi pati debet. Attamen fide
libus volentibus ipsum tenere Respondit non solum alligari
sed et mori paratus sum pro nomine Iesu / Ecce Ierusalem
pergit qui per revelationem adversa cognoscit et tamen
hoc libenter appetit / Moises .n. ad prospera de suo nihil
habuit quia precibus supplicavit ne populo preesset / paulus
etiam adversa ex sua voluntate suscepit / quia mala
imminentia cognovit et ad acriora se preparavit / Moises
autem gloriam potentis voluit declinare / et paulus dura
et aspera substinere / ergo utrumque dei servorum virtute
instruimur ut si obedientie palmam apprehendere nitimur
prospera modi ex sola visione suscipiamus / et adversa
ex sola devotione amplectamur / Ego autem sacerdos dei
altissimi ut multi vestrum viderunt et audire potuerunt

veni ad hanc cum carissimis meis amicis / Enodio / Simplicio
allipio / nebrodio / et anastasio / securus denique veni quia sciebam
presulari sanctum senem valerium propterea securus accessi non ut
hrem in nos potestatem sed ut abiectus eem in domo dei omnibus
diebus vite mee / nec ut ministrari deberem sed ministrare et
pacifice vivere ut optabam in solitudine / ne nihil divitiarum
mecum attuli sed dei gratia me coadiuvante favoratus a sancto
sene episcopo valerio monasterium in heremo agentibus segregatum
multo labore fatigatus hedificavi ubi cum longiori anxie
tate servos dei in unum congregavi et cum eis pariter vivere
cepi secundum moniam et regulam sub sanctis apostolis constitutum omnia
communiter pariter habentes et possidentes viventes in vigi
liis et orationibus ultra id quod explicare possumus quorum fama
ad sanctum episcopum valerium pervenit et placuit sibi nos in here
mo visitare et stetit nobiscum diebus .xiij. donans mihi ortum
amenitatibus plenum in planitie positum et quia agentibus
segregatus erat locus illum libenter libenter suscepi et
hedificavi monasterium fratribus quos tales inveneram quales
invenire desiderabam / quo hedificato placuit ei qui me
segregavit ex utero matris mee et vocavit per gratiam suam
qui mihi inquit Amice ascende superius et sic cum molestia
et grandi anxietate factus sum episcopus / et quia cum fratribus
meis ut hactenus feceram semper corpore habitare non
poteram propterea infra domum episcopi vos clericos hrre volui
et mox vobiscum secundum formam apostolicam vivere cepi et placuit
vobis una mecum in deo sentire et omnia communiter possidere
hoc autem facere voluistis non coacti sed sponte usque ad mor
tem vivere sine proprio profiteri voluistis / O presbiter attende

Ius

et vigilanter attende quod promittere tuum fuit sed dimittere non est
tuum / Alligatus es uxori / Noli querere solutionem / Solutus es
ab uxore noli querere uxorem quia mecum habes causam / ligasti te
mihi / numquid te compuli / numquid te rogavi / ut venires ad
me / numquid applausi tibi promittens hec et illa? absit /
omnino a me / Igitur esto fidelis et dabo tibi coronam vite / noli
mihi resistere sed esto obediens usque ad mortem / noli mihi
resistere quia omnis potestas a deo est / et qui potestati resistit deo resis-
tit / Non tamen veni ut potestatem habeam super vos sed tantum
ut cum fratribus meis in solitudine viverem / et nunc ipsius sum et
pauperem me esse non erubesco / quare / quia paupertatem promisi /
servare promisi / Cavete igitur ne me pauperem relinquatis / pauperes
enim mecum esse voluistis / Cavete ne a divitiis capiamini / voluntas
enim mea fuit ut semper toto affectu pauperes simus / hec
paupertas quam foris gerimus non paupertas sed grandis mi-
seria extimanda est / Nolite igitur mihi resistere quia omnis
potestas a deo est / Non et contemnende sunt potestates sive sint
mundi sive ecclesie / quia omnes a deo ordinate sunt. nam dominus
cum leprosos curasset ad potestatem misit eos dicens / Ite
ostendite vos sacerdotibus / et ad samuelem cum sperneretur a
Judeis ait dominus / non te spreverunt sed me / Et ad moysen
quicumque fecerit superbiam aut in Judicem aut in sacerdotem ipse
morietur / Cavete ergo sacerdotes ne aliquis vestrum audeat
insurgere contra prepositum vel contra presbiterum qui omnium vestrum cura-
gerit / Ipsi enim prepositi sunt in ecclesia ad vestram utilitatem
ut provideant quid agere debeatis ut etiam pro nobis reddant
rationem deo et veritatem ecclesie custodiant de qua dominus vos vo-
luit esse sollicitos ne tanquam oves non habentes pastores

pastores per diversos errores anxietate fidei divisi essemus
sicut .n. unus est et unus pastor et sic unum ovile esse
voluit. propterea .n. deus et homo tunicam inconsutilem scindi noluit
quia integra erat quia non patitur ecclesie sue violare uni
tatem, Ideo paulus ait, Obsecro fratres per nomen domini nostri
Jesu xpi ut non sint in vobis scismata sed servate unitatem
spiritus in vinculo pacis. nam sicut multi radii ab ipso sole
procedunt et tamen unum lumen est, Ita et nos multi ab uno
capite procedentes omnia communiter et pacifice possidere debemus.
Insurgunt .n. inter nos frequenter tempestates inimi
corum volentes nostras concordias dissipare et discordias
seminare, unionem pacis confringere, et aggrediuntur
ut leones frequenter teterrimi ut caput feriendo
membra moveantur terrore, et quod gravius mihi est
non solum a malignis spiritibus sepe mala patimur
sed etiam a domesticis dilaniamur, et frequenter
peiora sunt intestina bella a quibus homo non cavet
quam forinseca a quibus homo providetur, Ecce .n. abel iustus
a domestico fratre occiditur, Esau fratrem Jacob fugientem
persequitur, Joseph a fratribus venditur, et a discipulo sal
vator traditur. hec omnia mala acta sunt quia obedire neg
lexerunt, Similiter accidit Januario nostro qui columna obe
dientie et paupertatis inter nos esse videbatur, cuius perditionem
flere frequenter et ululare debemus. nam ad nos cum
lacrimis venit et paupertatem quamdiu viveret servare promisit
et tamen nobis ignorantibus vineam et agrum in seculo posside
bat, O, professio mortifera, O, proditoria promissio
ore dicebat et corde odiebat, sanctum credebamus qui

oibus peior erat

oibꝫ peior erat ⁊ sic annis .xj. ut iudistis ⁊ audistis male
iuxit ⁊ male moritur, Quare uel quo male iuxit nisi
quia quod suum non erat secrete tenuit, Quo et male
moritur nisi quia in fine se no cognouit ⁊ obstinatus
in suo sensu nob ignorantibꝫ testm fecit ⁊ filiu quem
huit in seculo ditauit, o, utinam nobis in fine saltem dixisset
ut orantibus nobis ueniam impetrasset, Sed nec confessus
fuit nec fecisse penituit, ꝓpterea de meis no est nec du
uiueret erat, ligate igitur manus cadaueris i panno.
ponentes ligatos centu ⁊ undecim solidos quos i pariete
cellule retinebat flentes ⁊ dicentes Pecunia tua tecu sit
i ꝑditione non .n. licet nobis seruis dei ea collocare uel
ponere in uictu uestitu uel in opere monasterij quia ꝑtiu
maledictionis est, Eya igitur sacerdotes dei caue cauete
uobis ne defitiatis in temptationibꝫ, Cauete ne rebelles sitis
mihi pu[illegible] uel occulte, sitis. sitis mihi fideles, sitis mihi
obedientes, ⁊ si uobis graue est ⁊ molestu egredimini foras
pergite ad fres meos ⁊ discite ab eis quia mites sunt
⁊ humiles corde, pauperes spu ⁊ filij obedientie, Egredimi
foras ⁊ quid uos estis ⁊ quid ipi sunt considerate, numquid
uos tales estis quales ⁊ ipi sunt, uos .n. uoratores estis
⁊ ipi sume sobrietatis, uos discursores ciuitatis, ⁊ ipi iusus
hominꝫ fugiunt, uos impudici ⁊ ipi casti, uos derisores
⁊ ipi feruentissimi oratores, uos pellibꝫ cuniculorꝫ uel uariorꝫ
ornati iam estis ⁊ ipi omni colore nigerrimo asperrimo in
duti sunt, pretera que intrinsecus sunt uos delicate pasci
⁊ sume curatis carnes uarias affectantes ⁊ ipi postqꝫ here
mu intrauerunt numqꝫ carnes sumpserunt, uos uina electa

spēbris q̄ inebriata queritis et ipi pusillū aque recipiunt /
O / vinea mea electa ego plantavi te Cave te deprecor
ne convertaris in amaritudinē vitis a me et Januariū
divitē sequaris O vinea mea felix cuius botrus sūme p
timesco ne sit in futuro amarissimus / O quid faciemus
tūc in die illa calamitatis in qua pater dicet filio / voca
operarios et redde illi mercedē suā / Tūc aūt inducet vox
rebellionis vrē q̄ paupertatē pmisistis et eā servare noluistis
fugere q̄ mundū, et ea que in eo sūt contēnere pmisistis
et ecce iam rebelles toti in mundanis affectibus occupati estis
Cur ergo murmurastis si in his pascalibus diebus principaliter
vobiscū nō fui / placuit .n. mihi segregari a vobis
et pgere ad fres meos in solitudine quos ut frequenter
diri tales inveni quales inveni re desideravi / Cur ergo turba
mini ipi veri paupes sunt et nūquid obedientes sūt / nūquid
mundū et pompas eius conculcaverūt / nūquid in forma
vivendi vos multo tempore precesserūt / nūquid vere fres
mei et patres sūt / nūquid p eorū exa ad viā veritatis
pveni / nūquid eos semp dilexi et eorū sctam conversatōē
semp desideravi / nūquid et pp simplicianū ligurēsem in
fide instructus sūt / Cur ergo murmuratis / cur de mea absentia
dolorē ondītis / facite que placita sūt mihi et tūc ubicūq
fuero vobiscū ēe dicam usq ad cōsūmatiōē seculi / Decre
verā .n. cū eisdē rusticanis meis in caritate humiliter habitare
usq ad festū ascensionis dni, nec ad vos redire optabam
quousq emendatos vos ēe cognoscerē / Sz quia fortunatū
pbrm manichreorū adversariū ad partes occultas vult lupū

pueisse iam sentio, Ideo compulsus reuersus sum ad uos cupiens
illum uidere et cum eo pariter disputare, ut illum conculcare possim
domino auxiliante qui totis uiribus dissipare conatur filios quos
peperi in uisceribus caritatis, Orate igitur et nos orare uobis
cum uolumus desistentes de mea absentia amplius litigare
Orate igitur et nolite deficere ut fortunatus manichaeorum presbiter
sicut publice sancte fidei christiane insidiatur. Ita et nos ipsum
cum suis dei gratia adiuuante publice superare possimus. Orate sine
intermissione ut manere digne possitis in uocatione clericorum
qua per gratiam uocati estis ut dum uocabimini ad mercedes
in die nouissimo non sicut fructus ficus absque fructu maledicamini
et succidamini et in ignem mittamini et tamquam destructores legis
terram occupantes et parientes iniquitatibus uestris, Adiu
uet autem uos ipse deus ad perfitiendum. mirabilia de lege sua
qui est benedictus in secula. amen.

De murmuratione.

De murmuratione

Commorantibus uobis in heremo fratres carissimi
murmurationes, detractiones, susurrationes,
nullatenus inter uos esse licet, scientes quod tales
regnum dei non sequuntur, non igitur stulta loquamur lingua
dolosa, sed cum dei adiutorio sine cuius adiutorio et uoluntate et
nutu folium arboris non mouetur omnis murmuratio et
detractio procul sit a uobis, considerantes quid marie sorori
moisi et aaron quia murmurauit acciderit. nam quia
moises ethiopissam duxerat et eis murmurantibus iratus
est dominus ualde eo quod moises esset mitissimus super omnes homines
qui morabantur in terra, Et ait dominus aaron et marie

Egredimini de tabernaculo federis quibus egredientibus quare
non timuistis detrahere servo meo moysi cui loquor facie ad
faciem / servus meus est et in domo mea fidelissimus est
hic leguntur numeri xij°. Ecce maria repleta est lepra super
ea quasi nix quam videns moyses exclamavit dicens ad dominum
Domine deus obsecro sana eam. Cui deus respondit / Septem diebus
separetur et postea revocabitur maria ad pristinam sanitatem /
Ideo attendite fratres quod maria hec que peccavit animam subdi-
torum et discipulorum significat quando presbitero vel preposito obedire re-
cusant et recusando murmurant / et murmurando lepra efficitur
quod apparet dum culpa eius publicatur / Sed bonus pastor qui omnium
vestrum curam gerit querens salutem animarum compatitur anime
peccatrici et auxilium divine medicine pretium postulat infir-
manti / Clamat quia quotidie in densa voce pastor bonus
qui animam suam ponere non destitit pro ovibus suis dicens / Sana
contritiones eius quia commote sunt / Sana animam subditorum
quia lepra murmuratoris plena est / Revoca eum quia a con-
sortio tuorum fidelium separata est / Igitur fratres attendite
ne murmuratores sitis nam sicut lepra proprium corpus
devorat et sibi adherentibus insistit / sic et murmuratio que
non solum seipsum destruit / sed et cunctos audientes occidit
Ideo fratres attendite ut ne loquaces sitis sed veraces quia
in superfluo eloquio peccatum deesse non poterit nec omnino veritas
O / quam grande periculum est non solum dicere falsa sed etiam vera
predicare que periosa et dubia sunt / loquentes denique lau-
dare non audeo / sed tacentes beatos predicare presumo /
Attendite fratres mei ne simul cum presbiteris meis murmurantibus

capienti. nam ad vos pueni diebus paschalibus et vobiscum
in hac solitudine esse volui et murmuraverunt et Augustino
detraxerunt presbitero et noluerunt dominus obedire preceptis. Ideo
murmurando leprosi facti sunt et immunditia peccatorum percus-
si sunt, et a domo mea expulsi sunt quia vocati non fuerunt
digni mecum perseverare. Ideo separati sunt et expulsi sunt,
quia non potuerunt sine murmure stare. Vos quorum affectus
est orare frequentius nunc orate deprecor ut tamquam sanatos
ad communionem ecclesie imponens revocare gaudenter possimus
illos quos invenire credidi quales invenire non potui. Hec
tamen expulsio est ad salutem non ad perditionem, ad cor-
rectionem non ad damnationem. Sic enim expulsus est Adam
Adam de paradiso ut in hoc exilio miserie se corrigeret
ut in hac pena temporali per gratiam adipisceretur eter-
nam propitiationem, nam licet Adam peccaverit dominus tamen non dese-
rvit sed ad penitentiam eum et suos semper invitavit. Postquam enim
Adam peccavit latere se voluit et abscondit se a facie
domini quod erat signum doloris et erubescentie. Sic enim volo
vos facere. nam si aliquando murmurastis vel peccastis quod
est conditio cunctorum inventum erubescite et abscondite faciem
vestram per humilitatem a facie salvatoris ut dum visitaverit
in solitudine paradisi et vocaverit vos dicens cuilibet Adam
ubi es, et considerate in quanta miseria peccatorum positi
sitis. Per hoc enim quod vos proprio nomine vocat signum dat
quod ad penitentiam vocat, per hoc quod dicit ubi es ostendit quod viam
peccatoris ignorat, non tamen ut ignoret, sed ut reprobet
post meridiem ac quasi aperte ostendens quod dominus deus ab

amore pctorꝝ requiescat / quia per pctm i homine refrigeratus
est amor caritatis. hec .n. pensate et cum adam peccasse agnos-
cite cognoscite et dicite / dne audivi vocem tuam i heremo et
timui eo q bonis opibus nudus eem / et abscondi me p
humilitatem cognoscens q peccavi i celum et coram te. Sz quia
facientes et murmurantes et detrahentes proximo suo et
mala portantes in cordibus suis eos expellet dns de para-
diso / sed tn faciet eis dns nra motus tunicas pelliceas
ne tempore frigoris perpetuo moriantur / o / grandis dei nra /
o / infinita dei clementia / o / magna et admirabilis circa
nos dei dilectio / Ecce .n. quottidie peccamus frequenter
eum offendimus et tamen nos delinquere non vult / sed
tunicas pelliceas contritionis et venie quottidie donat et
largitur / Ecce quanta e nra nri salvatoris / Igitur fres
mei et letitia cordis mei redeamus ad mentem et eam
dilligenter discutiamus / scientes q nunc i paradiso pnie
delitiarum positi sumus / et i ecclia eius positi et collocati.
Dedit .n. precepta ut toto corde / tota mente dilligamus
eum et proximum nrm / Sed quo eum dilligere possemus si
susurratores et detractores in heremo facti sumus. o /
quam pestis misera et mortalis e ipa murmuratio / o / quam
venenosa est que conventus clericorum et civitates mul-
tas destruxit. Et quia grande periculum est inter murmu-
ratores habitare / ideo tales expellendi sunt ne ceteri corrum-
pantur per eos. Tertia .n. lingua multa mala committit
ideo si semel correpti no emendaverint de nra sancta
societate proiciantur et expellantur / nec crudele hoc
ee credatis / nec ipi qui expulsi sunt ad tpus de hac

expulsione dolere debent sed cum omni humanitate eam suscipiat
dolentes tamen et flentes quod nondum intellexerunt apostolum
dicentem / Si quis se putat religiosum esse non refrenans
linguam suam huius vana est religio / Melius est a con-
gregatione presenti expelli ad tempus quam a celesti regno perpetuo
exulari / Sic .n. ut supra diximus expulsus est adam
de paradiso non ad damnationem sed ad correctionem
Correctus vero et emendatus frater qui peccavit et proximo
detraxerit volo ut inter vos fraterne recipiatur
Melius est .n. ut redarguamur de vita quam de crudelitate
in die novissimo. Nam pium hominem perisse quando legimus
ignoro / sed crudelem et impium frequenter perisse non
dubito / Igitur fratres mei et letitia cordis mei obsecro
ut non peccetis ut in die novissimo nec crudeles nec
nimis misericordes inveniri possimus. deponite mur-
murationes / Claudite infra dentes linguam. ponite cus-
todiam ori vestro et silete non solum a malis sed a bonis /
Aliquando silere bonum bonum est seu laudabile. Ait enim
propheta silui a bonis. nam omne ubique proferre non de-
bemus sed tempus proferendi agnoscamus in cunctis / Es-
tote igitur fratres mei non loquaces sed veraces / calcate
murmurationes et fugite eas ut mortem. nam mur-
murare / detrahere / vel despicere / ypocritarum conditio est
et ignorantium / Murmurare denique ypocrita non sanatur
de omnibus maledicens ut ipse solum a cunctis predicetur beatus /
Omnia iudicat ut nemo sit qui iudicare eum audeat / omnia
despicit ut ipse solus sit qui ab omnibus aspiciatur / ypocrita
cave ne ad mensam meam pervenias. nam ibi antequam ad sumas

nota

nota

lectio mea tibi legatur. Quid .n. primo in mensa mea de
scripsi. Quid primo in ea audire vel habere desidero. Quid primo
in ea servare precipio nisi quod qui amat dictis dictis abutitur
et odere vitam, hanc mensam vetitam noverit esse sibi. Qua
propter fratres si quis murmuraverit non solum ad nostram congre
gationem sed nec ad nostram mensam accedere presumat. Non
.n. ad heremum pervenimus ut murmuramus sed ut mun
damus omnibus conculcatis in heremo sancte pie et iuste vivamus
quod si non fecerimus quod deus avertat melius fuisset
quod nati non fuissemus. Quare melius fratres mei fuisset nisi
quia melius fuisset carere esse quam esse in perpetuo cruciari.
Nam non esse qui potest abesse ignoro. Sed habere esse et perpetuo
cruciari quid aliud est quam morte sine morte semper habere.
Verum et indubitanter verum vobis fratres dicere audeo quod melius
esset non esse quam cum esse perpetuo cruciari vel eterno eter
naliter ter affligi. Studeamus igitur fratres semper bene vivere
et semper bene esse possideamus. Esse .n. dei gratia habere
scimus, sed semper bene esse omnino ignoramus. Propterea talis
taliter linguam ceteraque membra restringamus ut me
diante divina gratia ad perpetuum malum non perveniamus,
ne de nobis dicatur quod de Juda proditore discipulo dicitur
Melius fuisset quod natus non fuisset homo ille. Quare
illi melius melius fuisset si natus non fuisset quia me
lius est esse omnino carere quam in inferno iacere. Ibi denique et
si erit stimulus doloris et penitudinis, nulla tamen ibi erit
correctio voluntatis ut nullatenus a damnatis possit diligi
vel considerari iustitia. Ideo illi diviti qui in inferno cru
ciatur qui curam de vitiis suorum fratrum gerere videbatur non

tamen cum Justicia erat, quia nullatenus iusticiam diligere possunt
qui in inferno positi sunt. Jacebat tamen dives et sepultus erat
in inferno et quid de fratribus suis esset ignorabat et nescie-
bat et tamen curam de eis videbatur habere sicut viventes
de mortuis, quamvis quid agant utique nesciamus. Itaque fratres
caveamus ne peccemus ne ad illam flammam perveniamus. Ipsa
denique concremationem habet, sed nullum lumen habet, quare nisi
quod quos Jehenne flamma cruciat a visione veri luminis cecat
et ut foris eos dolor combustionis cruciet intus pena cecitatis
obscuret, ut qui creatori suo de corde et corpore deliquerant
corpore simul et corde puniantur et utrobique penam sentiant qui
dum viverent pravis delectationibus serviret. Ecce fratres mei
quomodo puniuntur peccatores quibus unus ignis omnibus est, sed non
tantum uno modo cruciantur. Sed quanto quis in delitiis plus
permanserit, tanto fortius in eternum cruciatur. Unus
igitur est singularis ignis et corporeus est ut insensatos
peccatores corporaliter cruciet nec lignis nec pice nec oleo
nutritur, sed post peccatum semel accensus in eternum durare
nullatenus dubitare debemus. O inferne tu latus es et
mensuram non habes, profundus est es, et nullum fundum te
habere cognosco. Insatiabilis es quia omnes tam pauperes quam di-
vites libenter te suscipere audio. Plenus est ardore in-
comparabili, plenus fetore intollerabili, plenus omni dolore
innumerabili. Ibi omnis miseria, Ibi tenebre, Ibi nullus
ordo, Ibi error eternus, Ibi nulla spes boni ~~nulla~~
~~nulla~~ desperatio omnis mali, sed omne malum quod extimari potest dam-
natis in eternum erit. Ibi, o, fratres demones flere et clamare
non cessant, percutere pectora numquam desistunt, nunc superbum,
nunc elatum, nunc gloria mundi plenum, nunc luxuriosum, nunc

proditorē / nūc homicidā / nūc feneratorē / nūc verbosuz / nūc
mendacē / nūc adulatorē / nūc detractorē / Ecce quō clamabūt
nisi pcute / dilacera / Interfice / sine occide / velociter spolia /
predam festina / fer primas / picē para / Aurū z argētuz
liquesce ut quia dū vixerūt deū itelligē noluerūt / z si i
eternū vixissēt / z ideo sine redemptioē merito cruciabūt /
Ita fres obsecro ut non peccetis / Custodite linguas vras /
servate eas / claudite eas vecte ferreo / qui sermo vanus
i vacuū nō ibit / sed de oī verbo otioso i die novissimo
reddituri sumus rōez / Adiuvet nos xpus deus nr ad p
severan. i omnibz bonis. amen.

misericordie.

De caritate z pietate z opibz misericordie.

De caritate z pietate z operibus

Fres mei carissi / nūqz recordor me legisse
mala morte perisse illū qui libenter i hac
vita opera caritatis voluit exercere / habet et
multos intercessores pius homo z ille qui opa caritatis
exercet hillariter / Quid. n. de pijs hominibz dicē poterimus
nisi id quod frequenter legimus / Opera. n. illoz sequūtur
illos / quare. quia nisi multos hūt intercessores / Ideo ipo le
est ut preces multorz non exaudiātur / Considera ergo
o / hō quis est ille qui tibi in via occurrit / Animadverte
q homo est ad Imaginē dei factus z tam pauper nudus /
miser / mendicus / orphanus / z pupillus / Cave tn ne illū
despicias / Cave ne eū pcutias nec expellas / nā licet pau
per / licet nudus / licet famelicus / licet miser appeat /
licet doleat / licet erubescat / non tn expellendus est
pauper / Nolite igitur fres mei eos expellē / nec etiam
si iportune petierit nolite de eis murmurare aliqn /

quia pauper et inops non cessant laudare nomen dni / Co
sidera tu dives qui vias ambulas et plateas erecto capite
et collo quod tu simul cum paupere natus es de muliere / et brevi
vivens tempore / et licet dives sis sepe tamen repleberis
amaritudine et doloribus etiam peperit te mater tua
ante exitum matrem graviter onerasti / In exitu matrem dila
cerasti turpiter flevisti sil cum paupere et mendico quando val
lem plorationis ingressus es / pares ergo geniti sumus
pariter vivimus et pariter moriemur / Considera
ergo dives quod pauper et dives pari modo nascuntur / Noli ergo eos
despicere / noli modum beatitudinis avertere ab eis / sed eos facie
serena suscipe / eos consolando verbo et exemplo / Miratur
igitur fratres mei mater nostra sic / nam qui esurientem pane
verbi refitiat / qui nescienti potu sapientie refrigerat / qui
errantem in domum revocat / qui innocentem protegit / qui
infirmum fidem et patientiam instruit / qui in tribulatione
oppressos consolando vel compatiendo eis subvenit / hic
vere pius est verus misericors est / amicus dei est /
nec eum mala morte moriturum nullus dicere audeat /
O / misericordia salutis presidium / fidei ornamentum / propitiatio peccatorum /
Tu iustos probas / tu sanctos reprobas / malos ad bonum perducis /
et qui sine te cunctis bonis habundare videtur vel castitate
apparet decoratus / omnino dicere non desistat / servus inutilis
sum / Sed attendite et fratres mei quod non solum pauperibus in
via misereri debemus sed etiam defunctis cum omni diligentia
misereri et subvenire studeamus / Attendite quid Judas
machabeus fecerit / Dixit enim quod sancta esset cogitatio
pro defunctis exorare ut a peccatis solvantur / Sciebat . n.

et Iudas quod nemo gloriari poterat castum se habere cor consi-
derans quod astra non erant munda in conspectu dei / Cecide-
runt .n. angeli de celo Ideo munda astra non fuerunt nec
etiam infans cuius vita est unius diei super terram sine peccato
est / Quid ergo de nobis dicemus numquid gloriari pote-
rimus castum habere cor / Absit omnino quia omnes peccatores
sumus / omnes et nati in peccatis / omnes vitam peccabilem ducimus /
omnes in peccatis vivimus / et forsitan in venialibus mori-
mur / ergo nunc indigemus quia de hac vita omnes migra-
turi sumus / et licet carnem duris maceramus ieiuniis
et abstinentia licet omnia mala patienter ob xpi amorem
sustineamus / non tamen digne sunt passiones huius temporis
ad futuram gloriam que revellabitur in nobis / ergo nunc indige-
mus / quia per nostra merita eternam vitam acquirere non vale-
mus / Cupis ergo / o / homo ut tui misereatur dominus fac
ut proximo miserearis / Tantum recipies in alia vita / quan-
tum facies in presenti vita / Ora ergo pro defunctis ut dum fueris
in eterna vita pro te orare non negligant / Expectant
enim nos ut iuventur per nos / tempus .n. operandi iam profu-
git ab eis / Clamant ergo quotidie qui iacent in tormentis
Clamant et pauci sunt qui respondeant / ululant et non
est qui consoletur eos / O / quam grandis crudelitas fratres mei
O / quam grandis inhumanitas / clamant ad nos quotidie qui
dum vixerunt multa mala pro nobis sustinere noluerunt / nec
eis subvenire curamus / O / vere magna inhumanitas / Ecce .n.
infirmus iacet et medicus consolatur / Clamat porcus et omnes
clamare cum eo non cessant / Cadit azinus et omnes sublevare
festinant / Sed clamat in tormentis fidelis et non est qui

respondeat ecce vra ihuanitas fres. Ergo non sic sed
memetote fres q sancta et salubris pia et felix et suavis deo
et angel est cogitatio pro defunctis exorare ut a penis quas
patiuntur soluantur. Sed dicet quis ecce prem bonum pium
et humilem misericordem et castum et omibus virtutibus plenum et orna
tum hui hec. Cur ergo orare pro eo volo, cur elimosina dare,
cur ieiunare, cur sanctorum corpa visitare, non est ergo
incerta pro eo orare quia fidelis fuit pius castus et humilis
et in cunctis bonis ornatus. Etiam post aurum non abiit
nec in pecunie thesauris sperauit, potuit transgredi
et non est transgressus, et facere malum et non fecit, quid
ergo aliud credere debeo, nisi quod lego, quid .n. lego, vel
quid predicare audio nisi quod qui bene operabitur bene et remu
nerabitur. O, homo hec que dicis ego nullo modo negare
audeo, quis .n. fidelis dubitat quod qui bene fecerit bene
recipiet. Consulo tamen ut pro defunctis exorare non desis
tatis. Vixi .n. supra quod nemo sine crimine vivit. Nemo
gloriari potest castum vel mundum se habere cor. Et quid ergo
consulo quid volo vel quid deprecor nisi quod dimittas incertum
et accipias certum. Quid est quod est incertum nisi quod nescis utrum
pater tuus cruciatur vel utrum dignus fuit odio vel amore.
Multi reputati fuerunt sancti et tamen in conspectu dei non boni
sed mali inventi sunt. Accipe ergo quod est certum et dimitte quod
est incertum. Certum est .n. quod peccator fuit et in bonis operibus
ornatus fuerit. Ignoramus tamen utrum vitam eternam me
ruerit possidere. Lege ergo, o, homo et opere implere festina
quia sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare
et elimosinam dare, carnem affligere, et opa caritatis exercere.

peregrinationes facere ut a peccatis soluantur, nam et si sunt saluati
vel damnati pro quibus rogas dummodo nescias et a deo reuellatum
tibi non fuerit non credas damnatis vel beatis iniurias facere
quia si beati sunt tuo adiutorio non indiget, et si damnati obtinere
non valet, ergo dum certus non sis quod nec beati nec damnati non
sint orare pro eis non differas, quia ut supra diximus, bonis
tuis non indiget qui beati sunt, et mali non obtinent quia
damnati sunt, Scias tamen et indubitanter credas
quod licet pro defunctis beatis vel damnatis obsecres, bona
que facis pro eis non amittis, Sepe enim predicauimus
et sepe integre fide docuimus, quod nullum malum impunitum
et nullum bonum irremunerantum erit apud quem non est acceptio
personarum, Oratio enim tua in sinu tuo conuertetur, Igitur pro de
functis semper orandum est, et si non profitiet eis quia beati
sunt vel damnati sunt, oratio in sinu nostro conuertetur
Sic enim semper boni erimus, sic pii et misericordes,
sic mala morte perire non poterimus, quia dominus custo
diet nos in tota vita nostra quam postea deserendo dabit
illam quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec
in cor hominis ascendit ere potuit, Festinemus ergo o
fratres pro defunctis exorare ut et ipsi festinent nos ad se
uocare, Vident enim sanctam trinitatem tantum esse unam quan
tum tres simul sunt, nec plus aliquid sunt due quam una
tres, et in se infinite sunt, et singula sunt in singulis, et singula
in omnibus, et omnia in omnibus, et unum omnia sunt, Et si capere non po
testis quomodo sancta trinitas tres et unum sunt sunt, aci exemplum
accipite, unus est sol in celo currens calefaciens et
fulgens, unus est in terra ignis tria habens similiter

i terra / motu / luce / z feruore / nec lux a feruore di-
uidi / Sic est sancta trinitas z eius misterium capere
non ualemus / Bene operari festinemus ut sicuti est
p sanctam trinitatem p gratiam uidere ualeamus / Inhumanum
est namque patriam deserere / patriam despicere / uel i ea nolle
habitare / Bene operari non pigeat ut patriam habi-
tare z ad eam redire ualeamus / Tanta .n. e pulcri-
tudo iustitie tanta iocunditas lucis eterne / hec est
i commutabil' ueritatis z sapie, ut etiam si non liceret in
ea amplius manere quam unius diei hora uel media pp hoc
solum innumerabiles anni huius uite plene delitijs z cir-
cumfluentia bonorum temporalium recte meritoque contemnerentur /
hec omnia / O / regnum dei gloriosum / o / patria nostra desi-
derabilis / tantum uales quantum habeo / tantum emit de te
uidua duobus minutis quantum petrus qui reliquit omnia /
Tantum zacheus dando dimidium patrimonij quantum
maria soror lazari / que omnia uendidit z ante pedes
apostolorum posuit / Cur ergo bene operari pigri sumus /
Cur pro defunctis exorare negligimus / Intuemur
ergo fratres in patria nostra non solum ex hominibus sed ex
angelis etiam atque archangel' tronis z dominationibus princi-
patibus z potestatibus conuentum ibi sanctam z indiuiduam trini-
tatem sicut est plus tamen uel habundantius quantum plus
in uia operando meruit clarius non tamen quibuscumque
bonis onerati sumus nisi per gratiam possidentur / tunc .n. solum
contenti erimus omnes felices omnes iocundantes / hec est .n. illa
optima pars quam maria elegit quiescendo z sedendo ad
pedes domini / Contemplabatur enim ipsa deum z hominem / Ideo

optimam partem elegit. Quare optimam partem dicit iuste nam
quia per contemplationem eterna vita designatur, optima
vita est .n. quia secura est, quia eterna est, quia vera est,
quia felicitas nostra est deum habere, deum videre, deum contemplari,
Ideo optima pars est, quam partem non possumus possidere
quare quia quamdiu vivimus, a domino et semper in periculo
sumus, semper in labore in hac vita cum martha fatigamur.
Sumus .n. cum martha laborantes hospites ministrantes
et recipientes, hanc partem martha elegit et bona fuit,
sed non optima quia non optima, bona tamen fuit quia perseve
rando in operibus caritatibus sedere ad pedes domini in eterna
vita cum sorore mereatur, Festinemus ergo opera pietatis
exercere et pro defunctis exorare, ut videre possimus et
reverenter salutare prophetas sanctissimos et patriarchas
verates, Isti .n. sunt quorum nomina manent in eternum
quia deo digni sunt, fide preclari, hospitalitate precipui
astuti in sensu, sapientes in opere, rebus secularibus locu
pletos et reparatores operibus orbis terrarum atque rectos
crudeli et promissionibus angelorum fatie ad fatiem deum videntes
prudenter et virtuosi quorum impii posteritas non cessavit
quod quoadusque xpus ex eorum germine per uterum beate
virginis que est spes omnium gentium natus in mundo
choruscando apparuit, Isti .n. sunt sancti viri cum quibus
loquutus est deus et ostendit ei secreta sua ut ea que
ventura erant quasi presentia spiritu sancto illuminati cognos
cerent, Festinemus fratres seculum exire ut et salutare
et videre valeamus sanctos apostolos quorum oculi beati qui
deum in carne viventem videre meruerunt, quorum fructus

in patria in eternum manet. Festinemus et fratres ingredi sancta
sanctorum ut etiam valeamus sanctos dei martires qui
carnem domaverunt, spiritum roboraverunt, demonibus impa-
raverunt, virtutibus coruscaverunt, presentia despexerunt
et illam patriam de qua nunc loquimur voce et in omnibus predicaverunt.
Festinemus igitur fratres etiam ingredi sancta sanctorum
ut et valeamus sanctos dei confessores qui licet
persecutionibus et abiem non senserunt, tamen per vite meritum
deo digni premio martirii non privantur quia martirium
non tantum effusione sanguinis sed et abstinentia peccatorum et
exercitatione divinorum preceptorum perficitur. Festinemus et fratres
ingredi sancta sanctorum ut videre mereamur et salutare
et reverenter sanctam dei genitricem cum sacris suis vir-
ginibus que suis exemplis utriusque sexus multitudo eius
sequitur vestigia et relictis nuptiarum copulationibus
dimissaque liberorum propagine sponso qui in celis est
per hemum mente et actu habitu et gestu applicare
meruerunt. Iste enim sunt fuerunt virgines sacre deo
devote que in vita sua fuerunt orationibus instantes ieiuniis
et habentes elimosinas facientes pauperes recreantes
in tribulatione gaudentes in bello potentes in donis
temporalium rerum deo gratias agentes. Festinemus ergo fratres
istos imitari sanctos, discamus ab eis opera caritatis
sine intermissione exercere valenter ut per gratiam suam mereamur
ipsum videre facie ad faciem sicuti est, quod nobis concedat iste qui
est sanctorum omnium virtus et salus. De Iustitia.

Ut bene novistis fratres carissimi. Tria monasteria
apud Iponensem civitatem dei gratia merui laudabiliter

De Iustitia

ad honorem sancte trinitatis constituere, quorum primum hoc
est, in quo iam annis multis modico pabulo contenti
hilariter commorabamur, angelis assonati, avibus ministrati
ciborumque spernentes delitias visus hominum fugientes, et ideo
non ego miser sed et vos angelorum assueti estis colloquiis.
Aliud quoque monasterium quod sanctus pater valerius mihi
dedit hedificatum est, et postquam episcopus presbiter factus sum
nec semper vobiscum habitare potui nec cum fratribus qui in pre-
dicto monasterio positi sunt, propterea infra domum episcopi mecum
habere volui monasterium clericorum et cum eis deum pariter vivere
cepi secundum mentem xpi et apostolicam traditionem. Ad vos ergo
tantum pertinet qui in heremo laudabiliter habitare voluistis
verbum id audire et intelligere atque operibus adimplere
quod dicitur: Dilligite iusticiam. Ad fratres autem meos et clericos
qui in urbe habitant quibus et expedit predicare quotti-
die verbum dei pertinet non solum dilligere iusticiam non solum
quo ad se ipsos sed etiam iudicare, reprendere, obsecrare
et increpare in omni patina et doctrina populum electum. Et
licet fratres mei qui locati sunt in orto sancti episcopi va-
lerii satis distent ab urbe, tamen quia eorum fama diuinitus
divulgata est ordinavi ut verbum dei populo salubriter
ordinarent et predicarent, animeque fidelium sua doctrina
et exemplo audiendo et videndo sponte redirent qui ex nihilo
cuncta creavit. Ecce quomodo terram iudicant ligant et sol-
vunt quem volunt semper deo faciente. Vos vero qui segre-
gati estis a seculo, qui etiam vitam tutiorem eligere voluistis
audite quod in cunctis maxime iusticiam diligere debetis. Fratres
mei et letitia cordis mei multis scire quomodo vos solitarii
iusticiam diligere debetis cavete ne sit de alterius oculo

festucam eiciatis ut in oculo vestro trabem non videatis /
ne sic alterius velitis velare lapsum ut vestrum non vi
deatis causam / nec sic alterius debetis curare morbum ut
et vos ipsos postponatis egrotos / ne cuilibet vestrum dicatur
Medice cura primo te ipsum / O / frater ut plene possis
alterius vulnera curare / Audite fratres mei quid dominus
dixit pariseis adulteram incusantibus / Qui sine peccato
est vestrum primus in eam lapidem mittat / O / monace in quo
alium iudicas te ipsum condemnas / Qua fronte arguere
poterimus alios quod in nobis gravius invenimus / Ad
vos fratres mei pertinet mundos esse et sanctos / et si tunc fratrem
vestrum deviare videritis reprehendatur cum omni mansuetudine
sine mora ne per negligentiam pereat / Caritas enim non odio
non rancore / sed zelo iustitie gladium correctionis eva
guiare debet / Tamen semper vestra ligata sit in cordibus vestris
ne velut Judas ille qui peccavit / desperatus ad suspendia
pergat / hoc autem maxime ad vos pertinet fratres / Sed
quid ad fratres habitantes et existentes in urbe pertineat audiamus
Certe non solum hoc sed etiam spectat ut mundum odio ex
asperent / ne crudelitate inflamment / ne amore pecunie
emolient / quia pauperes vero sumus / et spectaculum facti
sumus mondo angelis et hominibus ne timore iustitiam reli
quatis / ne vos moveat res purpurea / ne divitis
mina / sed sacchus pauperis pupilli et orphani vos
movere debet et iustitiam cum labore exercere / Regiam viam
qui terram iudicant incedere debent nec declinantes ad
dexteram moliendo iustitiam iuditium / nec ad sinistram ex
asperantes supplicium / non tamen volumus nec consilium damus

ut mox iudicet sed cum omni maturitate incedentes et inmenta
discussaque cum in xpi nomine iudicet deliquentes / Non est
.n. crudelitas punire reatum sed iustitia / non tirannidis
sed divine rectitudinis iudicium / et si pu^ce peccaverunt pu^ce
puniantur / ut et ceteri iustitiam diligentes potius diligant /
et iustitiam odientes metuant et caveant ne delinquant /
O / sancta laudabilique iustitia / sub te et per te regnat pudicitia
pax per te triumphat / per te securitas et dignitas floret /
et fructum afferunt in patientia / O / iustitia qui te amaverit / qui te strinxerit cum moise mare mundi vitiorum
sanguine rubricatum sicco vestigio pertransibit / hec est
virga moisi qua petra percussa manat influenta quia
lapidea subditorum corda iudicio iustitie tacta in virtutum
exuberant flumina / hec virga aaron que maliter
frondit et fructum peperit / iustitia est que quasi frondet
dum mente concipit / floret .n. dum remedialiter
exercetur / fructum fert dum subditus corrigitur / hec
ventilabrum quo granum dividitur a paleis / sanum a
morbo eicitur / quia contra morbum peccati opponendum
est mordax ne ibi maius vitium tabes exuberet in
curata et et in augmentum facinoris redundet iniquitas
impunita / hec est mensura qua debemus metiri penas
et merita ponderare / Attendite tamen fratres attendite pas
tores qui terram iudicare debetis quod aliquando iustitia est
relaxanda propter scandala multorum / Aliquando est aggra
vanda ut sit cautela religiosorum / Tunc vero iustitia dicitur
gladius qui utramque partem hominis defendit corpus ab ex
terioribus iniuriis et animam a spiritualibus molestiis / hec est

medicina iuniorum qua fines transfixit creuntem cum man-
dauit Iudeo et cessauit quassatio, hec est lapis cum quo
dauid percussit philisteum et a seruitute Israel liberauit,
hec autem sine discretione gladius est in manu furiosi,
hec sine potentia est mors et bonorum persecutio. Hec
sine scientia est gladius in manu tirani. Cum summa .n.
discretione fratres est tenenda iustitia, Cum summa deliberatione
inferenda est pena, non iudicando ex suspitione, sed ex
omni certitudine ueritatis, Attendite fratres mei et probate et
postea ratione iudicate, non secundum faciem, sed recto iudicio,
O, quam facile est iudicare, sed ualde amarum est quod
iudicatum est retrahere, Ideo non puer, non insensatus
vobis preesse debet, sed annosus, prudens, castus, pu-
dicus, sobrius, ut in progressu et statu sal terre lux
mundi appareat, talis iustitiam non debet ignorare, tunc .n.
Romanorum regnum pacifice tam diu perseuerauit quam diu
sapientes regere permiserunt, Sed dum iuuenes inexpertos
regere uel regnare permiserunt tamquam iustitiam ignorantes ac-
ceptatores personarum facti sunt, et sic iustitiam perdentes
dominium orbis terrarum perdiderunt, Iuuenes igitur imprudentes
elligendi non sunt in duces uel pastores ecclesiarum
ne ipsi simul cum subditis pereant, Tales .n. si presunt non
preterita solum uel futura non cogitant, sed audire quod
bonum est uel uerum est etiam aures suas obturant,
Tales non solum iuuenes sed antiquos in diebus malis hoc
facere non dubitamus, Vita .n. pastoris omnibus debet pro-
desse, Et quomodo hoc facere quis poterit si iustitiam ignorauit
et regnare crediderit, Isti memorari nouissima sua

non pnt quia deterius uiuere se credunt / O fres sicut fre
quenter diximus pastores et principes Romanorum sciam
de ptis hebant in quibus certificari optime poterant et de fu
turis aliquid scire procurabant / In hoc aut exercitium eorum
consistebat ut iusticiam usque ad mortem seruarent et pp ea
mori et moriendo felices se reputabant / Tu uero monace
qui prees obsecro memorare quid es et quid fuisti et
quid eris / tunc iustus reputaberis a deo et in eternum non
peccabis / hec aut fres mei sit semper uera exercitatio
et si hec feceritis uere fideles et iusti eritis. Sed et
sunt aliqui qui licet dei gratia non sunt inter uos qui in spu
libertatis uiuere uolunt / uz / Superbi / Auari / discoli / gulosi
et adulteri / et si ab aliquo reprehendunt latrant ut canes /
mordent ut serpentes / deuorant ut leones / ululant
ut pturientes dicentes malum esse bonum et econuerso
Tales apta fatie uinoque sermone iusticiam negare presumunt
dicentes Ecce quomodo nos ipocrita qui iusticiam tenere uidetur
Talis denique frater peior est omnibus et melius fuisset si
in seculo permansisset / et ideo si in uera congregatione
aliquem talem inueneritis (quod deus auertat) qui sic iusticiam
calcare uoluerit non tenendus est sed expellendus est
tamquam uiuere uolens in spu libertatis / a quibus liberet nos
deus sicut hactenus fecit per gratiam suam ut uera bona
et eligio de bono in melius augeatur per Iesum xpm sal
uatorem nrm. Amen. **De Curiositate uitanda.**

De curiositate uitanda

Scriptum est fres carissimi quod non debemus loqui
sublimia tamquam sapientes mundi gloriantes / Ait
.n. ppha / Nolite multiplicare loqui sublimia

gloriantes / hoc autem verbum ad vos maxime dirigitur qui
rusticani estis in silvis habitantes licet cives sanctorum et domes-
tici dei nullatenus vos esse dubitare debeamus / nolite igitur
multiplicare loqui sublimia / Que sunt ista sublimia
que non licet multum loqui / nisi dei potentia / unigeniti
eius eternitas / spiritus sancti magnificentia / O fratres mei
et leticia cordis mei si volumus scire quantum pater immen-
sus sit apprehendere non valemus / Si rimari cupimus
quod filius coeternus sit et substantialis patri omnis mens humana
naturaliter succumbit / Si desideramus scire qualiter spiritus
sanctus omnia continet et non continetur omnis humana ratio
deficit / Ideo hec omnia discutere non curemus / Quare non
oportet quia nullo modo valemus / propterea fratres mei sciatis
quod quando queritur de eternitatis unitate magna adhibenda
est cautela quia neque alicubi periculosius erratur
neque laboriosius aliquid quam neque fructuosius aliquid
invenitur / Veniat igitur contra scire volentes ultra id quod
necesse est sanctus ille salomon et reprehendendo ac
docendo dicat / Altiora te ne quesieris et fortiora
te ne scruteris / Surgat et paulus columna fidelium
et lumen orbis terre et sua voce confundat omnes phantes
nomen xpi portantes et volentes sapere plusquam
oporteat sapere et dicat / Noli alta sapere sed time
Non tamen dico fratres quod omnia non queratis sed questiones
in divinis vos qui grossi estis multiplicare non debetis
Querite tamen vos qui spirituales estis quomodo precepta
dei servare possitis / quomodo diabolum in heremo superare de-
beatis / quomodo sapientiam quam habuit xpus amplecti possitis /

hec .n. servus dei semper legere et adimplere debet / Natura denique vestra debilis et tamen rōe comprehendi nō pōt. phs etiam Aristodemus annis multis insudavit naturā apis investigare / nec totaliter eam sapere potuit / Quō ergo nos trinitatē capere valemus / Cur miramur o / fres qui lutei sumus et ventrem stercoribus plenum portantes si nescire possumus dei nām / nunquid et Angeli ipm in celo investigare pnt / Certum est q nō / Quid enim sciunt q deus tercius et unus et oīa sine labore et sine pena creavit et gubernat / Nolite ergo fres loqui sublimia / Nolite sapere plus quam oz sapere / In die enim Judicij nō damnabuntur xpiani nec rōem reddent q phiam / vel dialeticam / astrologiā vel mensurā ignoraverunt / nec de hoc q naturā dei scire nō potuerunt / sed ideo damnabuntur quia deo obedire neglexerunt / Ideo scitote fres q melius ē pie confiteri ignorantiā quam temere sciam vendicare / qr temeritas penā ht / sed ignorantia veniā pmeretur / Sufficit vobis scire de ministerio trinitatis tantum quantum dns discipulis exposuit / Nemo .n. novit de nā sua dicere sicut ipe qui ait / Ite baptizate oēs gentes In noīe pris et filij et spus sancti / Tres apte psonas pmutat / sed unitatē ostendit dicens / in noīe nō in nominibus / Trinitas .n. dividitur indivisibiliter et coniungitur divisibiliter / Singulariter enim unaqueque psona deus est et vita videlz deitas indivisa in opere et cor in voluntate par in potentia / equalis in gloria / nec minoratur in singulis nec augetur in tribus / Sctā ergo trinitas unus deus est ex quo oīa / p quē oīa / in quo oīa sunt

Et ne tres

Et ne tres deos ee putaremus ait aplus, Ipi honor
z glia, non ipis, Ille qui dixit gloria semp sit qui z
ait, faciamus hoiez ad Imaginē z silitudinē nram, Cū
.n. dicit singulariter ad Imaginē, vnā ondit naturā
ee ad cuius similitudinē ho fiet, Cū .n. pluraliter dixit
nram, demostrat deū non unā ee psonā ad cuius Imagiez
ho fiebat, Si .n. eentia pris z fily z sps sancti vna eet
psona, non dixisset nram, sed meā, nec faciamus,
sed faciā, Si no in ill' tribus psonis tres eent essentie
non dixisset nram, sed nras, Et io cū dicit Imaginē
nram indicat trinitatis unitatē ad cuius Imaginē factus
est ho noster interior qui silitudinē trinitatis retinet,
Sicut .n. ipe deus, filius deus, spus sanctus deus, no tn
d tres deos credimus, sed vnū deū, tres psonas hntez,
Ita aia intellectus, aia uolūtas, aia memoria, non tres
aie in vno corpe sūt, sed una aia, que licet sit vnius
substantie z nature tres tn non habet dignitates .s.
Intellectū, uolūtatez, et memoriā, Et sicut ex pre gnat
filius, z ex pre z filio pcedit spus sanctus, Ita p itellec
tū gnatur uolūtas z ex his duobus pcedit memoria
sine quibus oia pfecta ee no pūt, nec horū triū vnū
aliquid sine alys duobus integrū consistit, nec solus
sufficit itellectus nisi uolūtas sit i memoria, nec hec
duo suffitiūt nisi addatur amor quo semp mētez itelligēt
z dilligentis manet elligens. Vniuersitatis .n. cditor
deus omnis motus aie ad bonū facit intellectū ut itelli
gamus qd iubet uolūtatē ut sit i amore eius me
moria ne obliuiscamur qd imperat, Eya ergo fres mei

et corona mentis mee nolite discutere nisi quantum ub nobis necesse
est ad salutem. Nolite sapere nisi quantum oz sapere. Quid enim
oz nos scire quod deus unus et trinus est. Quid aliud nobis
necesse est nisi declinare a malo et facere bonum. Quid aliud
necesse est nisi quod bona cognoscamus et mala. Bona ut
sciamus sapere. Mala ut sciamus ea devitare. Non est
igitur scire malum quia nisi cognoveris quomodo vitare poteris.
Per legem autem ait apostolus peccatum cognovi quia ante legem
peccatum non cognovi sed post legem datam quid tenendum
erat quid vitandum cognovi. Mal. Malum igitur scire non
est malum sed quod malum est operari malum est. Quis
paganorum unquam hoc dubitavit necesse est ergo scire quod
super est mater et caput omnium vitiorum. Ab ea enim inanis gloria
descendit invidia, ira, tristicia, avaricia, voluntas car-
nis in qua consistit gula et luxuria. Ascendit quis fratres
mei ad sapientiam huius mundi et dum considerat honores sibi
a discipulis exhibitos extendit alas suas ad terminos orbis
terrarum et de se presumens gloriatur et sic presumendo et
superbiendo mox inanis gloria presumentem ingreditur dum ab aliis
querit gloriosus videri et dum sic querit quibusdam consideratur
et videt se despici a scientibus quia non est quod a multis cre-
ditur. Plures enim sunt acutiores plures eo meliores non
dubitamus. Inflatus autem ille qui se putat omnia scire vel
singula possidere videns quosdam altiores se mox invidia
eum aggreditur cuius vestigia ira imitatur et non valens iram
opere perficere tristatur et querens consolationem tristicie
avaricia tangitur ut habeat unde transcendere valeat omnes
Ecce enim divitias congregat et acquisierit statim in gule

et luxurie foveam cadit / sed grandis misericordia salua
toris spiritus .n. pietatis qui contemptum mundi ordinauit ut
expelleret auaritiam / sed quia abiecta auaritia sepe mala
tristicia comprimitur / Ideo datur spiritus scientie que ostendit quid sit
bona vel mala tristicia / Sic ergo scientia bonam tristiciam adducit
que surgit ex dolore peccatorum et expellitur tristicia seculi
que mortem operatur / Sed quia multi sunt istis omnibus carentes sicut
sunt iracundi ideo datur spiritus fortitudinis qui per temperantiam
refrenat iracundiam / Talis fortis est Imo fortior qui vincit
animum quam qui capit orbem / Sed quia adhuc inuidet fortius
imperanti datur spiritus consilii qui per amorem proximi eicit inuidiam /
Sed quia pro tantis meritis sepius vult laudari / Ideo datur spiritus
intellectus per quem intelligit quid sit / Sed quia se inuenit nihil
esse Ideo ante deum humiliatur et sic per humilitatem spiritus intellectus
eicit inanem gloriam / Sed quia aliquando non curat extrinsecus
solet tamen sepius de se interius gloriari / Ideo datur
spiritus sapientie per quem incipit deum cognoscere / Eius autem dei mise
ricordiam et bonitatem cognoscens ipsum toto cordis affectu
dilligit et sic sapientia per caritatem expellit superbiam qua
expulsa per gratiam efficiuntur templum dei et habitaculum spiritus sancti. Amen.

De memoria finalis iudicii.

Ad memoriam finalis iudicii

Fratres mei dillectissimi in operibus vestris semper memento te
quod omnes stabimus ante tribunal xpi ut refferat
unusquisque prout gessit in corpore suo / Cauendum
est ergo ne ante illud terribile tribunal vacui vel
denudati appareamus / Non enim tunc sancti subuenient quia tempus
miserendi et mundum impetrandi non erit / Etiam si quis fugerit
ad gemmam paradisi mariam / Omnes enim contra nos erunt

Abraham contra inobedientes. Isaach contra impatientes. Jacob contra
negligentes. Et Joseph contra incontinentes / O quam dure et repre
hendentur inobedientes nostri per venerabilem patrem nostrum obedientem
Abraham / quam fortiter quam turpiter / Ideo fratres mei attendite
et parati semper estote ad obedientiam mandatorum dei / paratas semper
habentes aures auditui / et linguam voci / pedes Jturos festinantes
manus ad opera sine mora paratas / corde Jocundo / serena facie /
ore risorio / et oculo ornato sanctitatis splendore / non tamen
amore servili vel metu / sed omni caritatis affectu sanctam
obedientiam servare vos oporto / Tunc enim ante tribunal Abraham
non vos condemnabit sed commendabit / non vos expellet sed
convocabit / non vos maledicet sed benedicet et sublimabit
in eterna patria / Negligentiam etiam omnem vos deponere deprecor
fratres ne abraham vos commendante consurgat contra vos sanctus
Jacob in die novissimo / fugite fratres fugite negligentiam / nam
sicut in uno quoque bono opere mater est dilligentia / Ita
et universe doctrine et discipline noverca est negligentia /
Sed et si habuimus obedientiam et negligentia carebimus / adhuc
et non sufficit nisi et cum Isaach patientiam habeamus / nam sicut
per impatientiam omnia destruuntur bona / omniaque suffocantur optima
sic et per patientiam omnia generantur bona et omnes iniquitates de
merguntur in profundum. Qui vero fratres patientes non est mo
nachus non est / Et si habuerimus obedientiam cum abraham / pa
tientiam cum Isaach / diligentiam cum Jacob / et castitatem non
servaverimus cum Joseph quid enim hec omnia nobis proderunt
Amare ergo debemus castitatem sine qua opera nostra nihil valent /
O / castitas ornamentum nobilium / exaltatio humilium / nobili
tas ignobilium / pulchritudo vilium / solamen merentium /

augmentum pulchritudinis / decus sancte religionis / Minoratio
criminum / multiplicatio meritorum dei / dei amica / angelorum
cognata / patriarcharum vita / prophetarum corona / apostolorum
angulum / Martirum auxilium / confessorum vehiculum / virginum
speculum / viduarum refugium / et cunctorum bonorum gaudium et
solatium /. Sed quidam sunt fratres mei qui in iuventute sua
luxuriose vivere volunt et si ad senectutem pervenerint gloriantur
dicentes se continentes esse. Tunc elligunt servare castitatem
quam libido eos servos habere contemnit / Numquid tales
continentes dicendi sunt. abisit / Tales enim premium non habebunt
quia laboris certamina non habuerunt / Sed illos
vere expectat eterna gloria qui fortes fuerunt gloriosa
certamina deportare. Amen

Qualiter debemus vigilare.

Qualiter debemus vigilare

Apostolus petrus fratres dillectissimi de nostra salute sollicitus
nos dulciter admonet et ad vigilandum
nos exhortatur inter cetera dicens. Vigilate
fratres quia adversarius vester diabolus querit quem devoret / cui
resistere debemus per fidem / Sed fides querit orationem / oratio
vero optat prudentiam / Quid ergo nisi ut prudentes
simus in fide fundati et vigilemus in orationibus / Quare in vigiliis
orare fratres debemus nisi quia si non vigilemus et
otiosi permanserimus quid aliud quam tepidi in hac solitudine
apparebimus / Et si tepidi erimus Incipiet nos salvator
evomere de ore suo / de societate sua / de consortio suo / de
sancta plebe sua / eo quod nec calidi nec frigidi sumus / Vigilate
igitur fratres otiositatem in cunctis deponentes / Quid enim otium
est nisi vivi hominis sepultura ut ait paganus ille sanctissimi
apostoli pauli amicus carissimus. Per otiositatem fratres mei rigorem

solitarie religionis fastidiumus. per hanc. n. sepe heremum
temptamur exire. per hanc attendimus sepe ad luxuriam. per
hanc animam ad superbiam. per hanc ducimur ad mundi gloriam. per
hanc temptamur delicate pasci. per hanc suffocamur pretiose
vestiri. per hanc ad superfluam dormitionem trahimur. per
hanc ad secularia verba ducimur libenter audire. Hec est
illa pestis vere pessima que frequenter sanctorum conventus destruxit/
pariens in eis luxuriam/ nutriens in eis gulam/ seminans
inter eos zizaniam/ generans inter eos homicidia et omnia
que sunt opera carnis. Nunquam civis celorum erit qui otiositatem
amaverit. Quid ergo dicis o frater/ quod otiose agere
petis nisi que opera sunt carnis/ Et ideo o frater qui here-
mum habitas si vis perfectus esse fuge otium otium/ quia in servis
dei nil penis reperitur/ Surge ergo si dormis/ o rusticane/
Surge tu qui in heremo habitas si clausos oculos mentis habes/
Surge tu qui ad alta virtutum oculos mentis protendis/ nec
ad videndum que tibi necessaria sunt aperire non vales oculos mentis/
Fuge otium et semper memento aliquid facere/ vos fratres occu-
patos desidero esse ut bravium salutis per gratiam dei recipere
mereamini/ hanc otiositatem fugere cupiens sanctus monachorum
pater Anthonius clamavit ad dominum in heremo et dixit/
O samaritane deus meus/ o animarum et corporum custos/
suscitaime gratiam tuam/ Infunde miseriam servo tuo ut in heremo
collocatus in tuo conspectu otiosus non maneam/ Et au-
divit Antonius/ Anthoni Si cupis deo placere/ ora/ et
dum orare non poteris manibus labora/ semper aliquid facito
fac quod in te est/ age quod potes et non deficiet tibi auxi-
lium de sancto. Quid ergo diffidis/ o monace/ numquid non pro te

crucifixus ē xpus. Age qd bonū ē, fuge omū qd mors est.
Aperi oculos mentis et corporis, videbisq singlas creaturas
ad offitia singula deputatas, nusq otiari. Ecce .n. sol
cursū anni pficit, luna et mēsuras ꝛ vicissitudines discurrit
ꝛ cetere stelle, oīa .n. sibi offitia deputata sine quiete exercet,
Nōne et aīalia bruta ad sue nature industria otiū fugiunt,
nōne ꝛ semp laborat, ut cōseruetur i ēē, Nūquid i suis
necessitatibus deficere ꝛ pigrescere ea uidem9, absit, oīa .n. sub
obedientia sūt, oīa agūt que agere debent, Solus .n. miser
hō accidia soporatus ab offitio suo frequēter recedit ꝛ
dei imaginē i se deturpans soporatus i accidia pseuerat.
Erubescite o xpiane ꝛ absconde te a facie saluatoris tui qui
iumentis insipientior ꝛ formicis hodie factus ēē cōprobaris.
Vade .n. ad formicā ꝛ cōsidera semitas eius, disce ab ea miser
qui capite eleuato perambulas ꝛ sup astra celorū iā ascendere
credis, Considera semitas eius, que cū preceptore nō habeat
tq̄ de salute sua sollicita i estate grana colligere nō desistit qbus
uiuere possit in hieme, Non .n. soli seculares hoc attendere
debent, sed et nos qui dei grā i heremo sum9 i hac uasta
solitudine habitamus formicarū conditōes attendere debem9 ꝛ
eas sūmope imitari, laborare .n. sine intermissione debemus
ut fructū bonorū operū acquiram9 In estate pntis uite tam
mirifice ꝛ gloriose laboremus ut tpre hiemali tpre frigoris ꝛ
iudicij nō pereamus, sed bonis cunctis ornati eternaliter refitiamur
i patria. Eya ergo fres mei dilectissimi corona mea ꝛ gaudium
meū qd estis uos omnē otiositatē expellite ꝛ semp boni ali-
quid facite, ꝛ qn tedet uos orare non desistatis psallere,
ꝛ qn tedet orare uel psallere manibus laborare nō differatis.

cogitantes quod quamdiu dauid exercitauit se in militia non insul
tauit sibi luxuria, sed postquam in domo otiosus re
mansit laborauit adulterio et commisit homicidium.
Sanson dum philisteis pugnauit non potuit capi ab hos
tibus, sed postquam dormiuit in sinu femine et otiose cum ea
remansit mox capitur et cecca cecatur ab hostibus, Salo
mon cum occupatus esset in hedificatione templi non sensit
luxuriam, sed recedens ab opere persensit insultum luxurie
et perfitiens instigante combina, dola adorauit in tha
lamo vitulum aureum. Vigilate igitur fratres mei, vigila
te et nolite deficere, quia nec sanctiores dauid, nec
fortiores sansone, nec sapientiores salomone, vos
esse cognosco. Deponatis enim accidiam que hominem nudum red
dit bonis operibus omnibus, vos priuat virtutum vestimento
vos spoliat, O fratres mei honesto opere semper occupatos
vos esse desidero et quod perdidistis in seculo per preteritum
tempus recuperetis in heremo laborando pro futuro, Et si
aliqui sunt ex vobis qui per annos octuaginta et amplius
sunt sanctissimi conuersati in heremo iugo sancte obedientie pau
pertatis et castitatis domati et decorati, iam gaudent
expectantes beatam spem et aduentum domini. Isti enim ut vide
mus qui amplius ieiuniis et orationibus et operibus monasterii
insistere non possunt, fecerunt dum potuerunt, propterea filioli
mei si modo non fatuum ea que facere consueuerunt non sit vo
bis molestum si quiescunt, non miremini si venerantur
a me ut patres non tristemini quia ipsi digni sunt, Non enim
dolere debetis quia caritas non querit que sua sunt
nec cogitat malum sed gaudet de bono, Ideo volumus

et in xpi nomine ordinamus ut et ipsi qui centum annorum et amplius
sunt, pater noster, sedendo in lectulo dicant, et diligenter sine
murmure eis serviatur. et ut ipsi pro nobis intercedant
in celis quorum habitatio iam ibi est, quam obtinere nos faciat ille
qui est benedictus in secula. amen.

De Invidia.

— De Invidia —

O fratres mei dilectissimi nolite adinvicem invidere sed studeat
unusquisque in cunctis deo placere. Invidia enim omnes virtutes
concremat, omnia bona dissipat, omnia mala generat. Sed dice-
tis nos quidem seculum egressi sumus, peccare optime scimus, sed
vitare peccata vel a peccatis resurgere ignorantes fragiles sumus.
Quomodo ergo alium invidiam habentem vel nos ipsam habentes cognoscere
poterimus. O fratres mei cupitis nos si invidi estis cognoscere.
Cupitis et fratrem vestrum invidiam habentem corrigere. Attendite quod
ille invidus est qui alienum bonum suum facit, et si facere non potest
clamat per vicos et plateas et velut canis latrat et ardet.
Sed se primo more more phenicis occidit. Quid enim
agit fenix nisi quod dum senescit ad partes calidissimas
volat et ligna siccissima congregat et congregatis lignis
alis ligna percutit et sic ignem accendit et in eodem se com-
buri permittit. Ex quibus cineribus vermiculus nascitur
et postmodum fenix alia efficitur. Sic et ypocrita agit, sic
et invidus cunctis diebus vite sue intus et extra seipsum com-
burens seipsum primo infestans primo seipsum numerat
et nexat. O invide quam paucos habes amicos et forsitan neminem
habes de cuius bono non doleas et de cuius malo non gau-
deas, merito omni amico privari debes eo quod nullo amicorum
bono gaudere probaris. O invidia omni vitio peior et
omni peste deterior. O invide qui numquam quiescere potes

an ignoras quod omnis malicia habet alicuius felicitatis umbram / Sed
tu ipsa invidia nequissima pestis tormentum sine refrigerio / mor-
bus sine remedio / laborem sine respiratione / penam sine inter-
missione / famem sine saturitate / semper habere videris / O invide
vermis mortifer / qui in edera yone quotidie nasceris /
O ignens serpens quo filii israel percussi sunt / hic est enim fratres
brucus qui fructus terrarum depascit / Legimus fratres dilectissimi
quod sicut filiis israel manna celeste datum est quo reservato sca-
turiebat multitudo vermium / sic et celestis gratia fideli colla-
ta occasionaliter in animo superbi invidia nascitur. et quantomagis ce-
lesti gratia fides solidatur tantomagis superbi mens per invidie
vermem resolvitur. Legi etiam vermem ex edera natum cuius
umbra yonas a calore defendebatur / tandem edera corruit
et funditus devastatur per vermem invidie. Filios autem israel in egipto
pergrauantes legimus serpentes igneos pupugisse / Sic et nos
carissimi sacri cultores veri filii israel dum nostros de nobis susurran-
tes audistis exultate quoniam socios filii dei et sanctorum patrum effici me-
ruistis / Exultate orantes pro eis ut eos habere in sanctorum collegio
socios mereamini reprehendentes et ostendentes eis quod ipsa invi-
dia est illa pessima tinea que purpuramenta virtutum
demolitur / Erugo que thesaurum sapientie depredatur / Brucus
qui terrarum virentia comburit / et quicquid boni operis virescit
in homine plene pestis invidie perdit / Hec est enim que angelum de celo
proiecit / que hominem de paradiso exulavit / que filios israel
in deserto percussit / que contra Joseph fratres armavit / que da-
nielem in lacum leonum conduxit / que caput nostrum cruci
affixit / que Judam suspendi fecit / Scitote fratres mei et
dicite atque predicate super tecta quod invidia est illa fera

pessima que fidem tollit / concordiã dissipat / terrã lugrĩã
multiplicat / iustitiã dissipat / 2 oĩa mala generat / hec
est que abel occidit / adã exulauit / ysaac suspendit
petrũ ligulauit / deũ xpm negauit / paulũ decollauit /
2 stephanũ lapidauit / goliam prostrauit / dauid decepit /
muros iericho euertit / romã depopulauit / carthaginẽ
destruxit / troiam deuastauit / 2 multa mala ꝙ hec fecerã
pessimã facta ee orbem terrarũ ꝙ plegimus / o / fratres
mi dilecte / o / cuspiane amande / o / dimidium aie mee / mee
medietatis nõ deponis / nec eã diligis / nũquid nõ mortẽ diligis /
nũquid non ad suspendiũ pergis / nũquid nõ ĩ laqueũ te
proijcis / o / inde qm nũqꝫ quiescis / sed semp nr̃m saulo fugos
dei ꝑsequeris / 2 eos ligatos duris ad ꝓnapẽ sacerdotũ / ecce
nr̃i alios laborãs teneze / sed tu ab altis teneris / Alios
ligare procuras / sed ecce tu cadens ĩ terrã audis / cũ saulo
nr̃o me ꝑsequeris / Alios tenẽ sollicitus / sed ecce ceteris
teneris a uicijs / Alios defraudãe procuras / ecce nequitez es
defraudat / quox qꝫ deportatus ad tartara / Eya gẽ filĩ mei
deponte medietatẽ / 2 si quos hic medietatẽ nõ detis / orate ꝙ eis qz
tonens mortuũ quotes nõ uos bonis operibz refulgere /
Cupitis ergo eos torqueri / nũqꝫ melius torqueẽ
poteritis qz uirtutibz 2 gloze seruiendo / Cue n. latrat ut
canes / leonat ut leones / fatue palescũt / capite nutatur /
oculis scintillat ut sidera / manus cõcutiat / dentibz
stridet / 2 sic aũ 2 corpe mortuũ / vos aũt bũfrate / nõ mi ad
furorẽ exciteris / sed ut deo placeteis / orate ꝙ ꝑsequẽtibz uos
dolẽtes de malo rogris / sed magis de aie ꝑditoẽ qd̃ gredat nob
xpus / s. gr̃one ꝓtozꝙ 2 xpi amorẽ ĩfidat qui est bn̄
dictus in sr̃ula. Amen

Ut nobis per lras declarauit sctus pr hieronimus
fils carissi / Tria fuerunt i egipto genera
monachorum / quorum duo sunt optima sed tercium
oro tepidum et omni affectu uitandum / Que sunt illa duo que
optima predicantur nisi heremitarum atque cenobitarum genus
et ordo / quorum uita clarissima et sancta congregatio tempore
predicationis aplice supersit exordium / isti sunt illi uiri perfecti
quibus frequenter adhesi tempore errorum meorum / per quos
illuminari merui / quorum etiam sanctitatis fama ad aures meas
perueniens baptizari non diu distuli / et pia matre mea insti
gante apud Mediolanum ut ad patriam remearem / etiam eos
habere cupiens in uisceribus caritatis et cum eis pariter uiuere
ad uirum illum simplicianum qui a iuuentute sua deo deuotissime
uixerat in omni caritate perrexi deprecans eum fletu et
gemitu ut mihi aliquos de suis seruis donaret / et dona
uit mihi eos paterne / quare eos mihi paterne dona
uit / Certe quia sciebat me uelle monasterium in affrica ordi
nare / Et assumptis mecum Anastasio Dorotheo / fabia
no / seuero / nicholao / ysaac / nichistrato / paulo / Ci
rillo / Stephano / Jacobo / et uitali pauperculo qui pecunie
seculi saeculum apud Mediolanum inuenit / et non rapuit /
nec post aurum abire uoluit. Igitur mecum istis assumptis
eos imitari cupiebam cum carissimis meis amicis / Euodio / Ali
pio / et pontiano / qui diu mecum fuerant / et cum ceteris. xij.
quos semper assumpseram illorum quorum famam etiam sanctus
pater hieronimus mihi descripserat et sic peruenimus ad
affricam / pia matre defuncta / et hedificaui ut uidetis monasterium
in quo nunc sumus in solitudine et a gentibus segregatum

ꝛ plaaut deo ꝛternauiu munerꝫ frm̃ donaꝛ nulli illuaus
rorda mã nõ solũ sꝯssios pres solutaios imitatores / sed in hac
solutudine amore apl̃oꝝ oĩa mr̃ite possidẽ nos ꝛseruare
Sed postea dorẽ ꝛp me uobis prempẽ uolui / Scit. n. uestꝝ
ꝙ ante me multi fuerũt pres sequi ꝛ imitari debemus,
nõ tñ sicut et ego sdm̃ aplicã uitã dicẽ non erubesco
alios uiuẽ docuerut. Caput igitur ꝛ pncipiũ uitꝫ sdm̃
aplicam uitã meaꝫ dicẽ nõ erubescio / nõ tñ uos pigeat
eos sequi ꝛ imitari i oĩb; attendentes tñ oĩa coĩa hꝛe ꝛ
possidẽ / ꝙ i celsitudie pauptatis uiuentes nõ licet — nisi unũ
esse .ſ. ut unũ sit cor / una sit anã / oĩa coĩa possidentes,
oñ agroꝝ pretia ponebãtur ante pedes aplorũ tꝫ pedib;
ꝯ uolentiũ qua ipi sancti apli ꝛ amici dei ꝛ dispa putabãt
agroꝝ pretia maiꝝ ꝯtractatũ / unde ꝛ ñ uetere legre lectura
ꝓpriebãt nihil i terra eoꝝ possidẽ / non go debemus hꝛe
templa ad possidẽ. nec ego qui epus sũ hꝛe deo nisi
tantũ ad dispendiũ / ꝙ bona ecclie patrimonia sint pau
perũ / unde ego qui epus sũ sume cauẽ deo ne res pauꝑ
quas uiri ꝓnes ecclie construxere indoꝛ dimittꝫ, la
gantur / qd̃ benefcia hucusqꝫ nã cosanguineos ꝛ nobiles qui
ad me uenire nõ erubescunt dicẽtes aliqui nõ mimus / aliqui
nõ blandimentis / da nobis aliquid pater / Caro. n. tua sumꝰ
ꝛ dei grã ꝛ mis oroib; mediãtib; cosanguineꝰ mr̃e dicasse
nõ recolo / Carnoses. n. recolo ꝛ magis pauperes qꝫ diuites
ꝙ oes hites uicini ꝛ uestri fideles oes contenti ee debet
mare nos dñi dei ꝛ rei signa capita musa ꝛ rosa hꝛe dñi,
ne diuitiaꝝ capelle ocupet uicinꝫ uicinꝰ dei / Eya go fiꝫ
mei estote pauperes / nõ solũ uerbo, sed ope ꝛ ueritate

Attendentes quid nobis dicat qui nr̄m se fecit pretiū in
ara crucis, qui etiā nr̄ ē aduocatus in celo et intercessor
ad dexterā dei pr̄is. Dicebat n. deus deorū discipulis suis
quos de toto mōdo preelegerat ut eēnt sal terre, lux mōdi,
rectores ecclie militātis, magri et senatores ecclie triumphātis.
Ait. n. bti pauperes spū, non bti qui sub dura et grandi
necessitate patiuntur. Talen. n. murmurāt, detrahūt et
inuidēt hn̄tibus, rapiūt et furātur, sed si nō opē saltem
hoc uolūtate adimplē conantur. Ideo tales btos nō ap
pellat saluator, quia non pauperes sed miseri pdicādi sūt.
quare quia de angustiis temporalibus educti ad eternam
miseriā deputati sūt, ubi nō solū btitudinē nō hr̄e pūt,
sz nec guttā aque inueniūt. Bti g° pauperes spū sed nō
simulantes, tales sūt ipocrite paupertatē de foris pdicātes,
nullā tn̄ necessitatem portare uolētes. Tales. n. in cunctis
suis opibus sperāt, reuerētiā, honores, gl'iam laudis, a me
lioribus metui et venerari, ut deus et scti ab hoībus uocari
desiderāt, sola uoce paupertatē et abstinētiā pdicāt, sed
digito suo nō cogitāt eā mouē, corpa despectis uestibus
tegūt a foris sed intus ad carnē mollibus induūtur. In cinē
pdicāt se iacē sed excelsa palatia nō despiciūt. Angelicā fatiē
ostendunt, sed lupinā mentē hr̄e nō dubitamus. Tales fuerūt
illi sarrabarte de quibus ter nobis scripsit btus hieronimus, quorū
genus ē omni affectu uitandū. Ipi denique in egipto erant
bonum in foraminibus petrarū hn̄itantes induti porcorū et bouū pellibus
tantū cincti funibus palmarū, spinas ad calcanea portātes,
et ad angulū ligatas discalceati et sanguine cruētati, et
cauernas exeuntes ad festū scenophegie pgebāt hiero

solimam et sancta sanctorum intrantes paupertatem et absti-
nentiam predicabant omni affectu servare. barbas postmodum
in conspectu hominum sine redemptione evellere festinabant
Et acquisita fama et pecunia ad propria remeabant solitarie gau-
dentes et epulantes super id quod explicare possumus. Hos fratres
mei et filioli quos quotidie parturio in visceribus caritatis ihesu
xpi nolite obsecro imitari quia non beatos sed eos damnatos tos
esse predicamus. Amate igitur paupertatem, amate eam omni affectu
et nolite deficere ut sitis genus electum non abiectum, gens sancta
non obstinata, populus acquisitionis non perditionis, regale sacerdotium
sed non venale pretium, vos estis illa forma apostolica sanctaque
congregatio a mundo corde et corpore segregati qui dei virtute
iam percussistis duces moab satrapas et tiranos iam vulne-
rastis ad mortem, vos estis vinea mea electa in medio ecclesie
paradisi plantata xpi sanguine redempta et irrigata
Ad hanc vineam ego solus dei virtute vos congregavi et
operarios meos vos feci ut laborantes in ea usque ad finem
dignum fructum recipiatis in tempore suo Ad hanc vineam
vos elegi, Ad hanc hereditatem vos vocavi licet favo-
ratus a sancto epo valerio qui de bonis epatus ut monaste-
rium in heremo hedificarem multa bona mihi donavit, Non
n. satisfuit primo meum vendere nisi etiam ipse me coad-
iuvasset. Ad hanc igitur congregationem vos elegi, non vos me
elegistis, Et ecce postquam epus factus sum. Nicholaum. Stephanum.
Vitalem. Dorotheum. paulum. Jacobum. et Cirillum frequenter
rogavi ut me solum in epatu non dimitteret, quia licet
epus essem non tamen credebam paupertatem despicere, sed cum abraam
Isaach et Jacob inter divites vivere et veram paupertatem servare

optabam ut de numero eorum essem de quibus ait apostolus tanquam nihil
habentes et omnia possidentes. Ideo hos frequenter rogavi ut venirent
non ut esset rebelles heremi sed ut solitarie etiam in civitate
viventes habitare possemus in palatio sancto. Sed ecce no-
luerunt venire, de se ipsis, tamquam timentes ne a seculo caperentur
quare noluerunt venire, non quia non digni, sed quia non solum
pauperes esse voluerunt, quod sed et quia id quod supra edidimus
in nostro speculo facere voluerunt, calcantes per omnia seculum et pompas
eius, de quo nunc summum gaudium habere debemus omnes, quia facere
voluerunt ea que mihi et deo facere promiserunt. Et quia solus non
poteram stare episcopus, ideo rogavi sanctum senem valerium qui
mihi iam potestatem predicandi et obsecrandi in populo dederat ut infra
domum episcopi monasterium clericorum construere. Et placuit sancto
episcopo mihi concedere. Et sic cum eisdem in omni paupertate vivere
cepi non manducans carnes nisi dum hospites veniunt. Sed
tamen olera et legumina absque oleo et butiro sicut ante
vobiscum cum gaudio consueveram. Igitur fratres mei licet
in cathedra episcopali me videatis, paupertatem tamen mihi caram
sponsam tenere congratulor, quia ipsa etiam est christi sponsa,
sanctorum passio, beatorum vita, fidelium securitas, clericorum or-
namentum, monachorum vita, nobilium pulchritudo, divitum
magnificentia, hec est illa sancta paupertas, quam qui timet
et amat laborare non poterit ulla indigentia, nec nostrorum
fratres mei quia sibi dantur omnia, ipsa est .n. sperantibus in se
domus, thesaurus in paupertate, solatium in solitudine, gloria
in abiectione, honor in contemptu, umbraculum in omni pro-
tectione. Estote ergo fratres mei pauperes, qui exaudi-
vit pauperes dominus et preparationem cordis audiet aures

tenet

sue / Tunc .n. vere pauperes spu eritis / tunc vere beati
tunc benigni / tunc obedientes / tunc verates / tunc non
ficti / tunc ab omni malo ignari / si vero corde et ope pauperes
inveniemur / Quam gratiam nobis impetrare dignetur primicerius
martirum beatus stephanus qui pro suis persecutoribus exoravit
dominum nostrum Jesum xpm / qui cum patre et spiritu sancto et filio vivit et
regnat in secula seculorum Amen

De penitentia.

De penitentia.

Penitete penitentes / et non eritis deridentes /
penitentes mutate naturam / reconciliamini .n. et
vos deo cum cathena illa inquit quam ligaveritis
aliquem in terra erunt ligata in celo. Addis ligaturam et deo
potes facere in posturam penitentiam agis genua figis
et crudis subsannas / penitentiam dimisisti / penitens es pe
niteat te / Sed si non penitet te penitens non es / Et
quid est fratres carissimi / Egrotant homines ad ecclesiam mittun
tur vel portantur et baptizantur et renovantur et felices
exeunt hinc si permanebunt in penitentia / Qui non accepit
baptismum nondum violavit sacramentum / qui autem accepit
violavit male et perdite vivendo non remotus ab altari
est ne iudicium sibi manducet et bibat / vitam ergo mutet
et corrigat se et reconciliet / Sed si dum venit et
sanus est et expectat etiam reconciliari in presenti quando incipit
mori ut experti sumus multos expectasse reconciliari
morte appropinquante / quorum salutem confiteri non audeo /
hoc autem dico in conspectu dei ad timorem vestrum et timorem
meum / Qui autem non timet non vere contenit sed malum
suum / Audi / Ego sum certus quod homo baptizatus mundus est

sed uitā nō audeo dicere sine pcto / Sed si uitā sine crīe duxerit
z alia peccata hūerit que quottidie dimittūtur ī orōe dicente
Dimitte nobis debita nrā sicut z nos dimittimus debitoribus
nris / hic si hodie finierit uitā nō finit / sed trāsit de ui-
ta ad uitā / de labore ad requiē / de miseria ad btitudinē
siue curat de uolūtate sua ad baptismū siue ī periclō cōstitu-
tus baptizetur / z exeat de hac uita ad deū ad requiē uadit /
Baptizatus aūt factus desertor z uiolator tanti sacrī si nō
agat pniam de toto corde ubi deus uidet / qui uidit cor
dauid qn̄ increpabat prophā z grauiter increpatus post
comunicationes dei terribil' exclamauit dicens peccaui. Mox
exaudiuit dns z abstulit pctā / Tantū ualent tres sill'e
silz peccaui / quia has tres sillas flāma sacrifitij cordis
accendit ī celū. Ergo qui egerit pniam ueraciter z absolutus
fuit a ligamēto quo ligatus erat z xpi corpe non separatus
z bn̄ post pniam uixerit / sicut an̄ pniaz uiuere debuit post
reconciliationē quāq defunctus fuit ad deū uadit ad requiē
uadit / regno dei non priuabit / applō dia'l liberabit. Si
quis aūt penitens in ultima etate necitate egritudinis
uoluit pniam accipere z accipit z mox reconciliabit z
hinc uadit / fateor uobis non ee negandū illū saluari / quia
bene hinc exijt / nec tamen hec plene dicere psuo ne uos
fallam / fidelis ergo beneuiuens hinc securus exibit / bap-
tizatus ad horā securus hinc exijt. Agens pniaz z re-
conciliatus sanus est z postea bn̄ uiuens securus hinc exijt,
Ego non sum securus / Unde securus sūdo securitatē / Uni
securus non sum penitentiā dare possū / securitatē dare
non possū. Quod dico attendite / debeo illud plenius ex-
ponere ne aliquis male intelligat. Nūquid dico dānabit

Nūquid dico liberabitur / Et quid dicis mihi nescio / non pro
mitto / non presumo / nescio / vis de dubio liberari / vis
qd incertū est euadere / age pniaz dū sanus es / et inueni
te nouissimus dies / curre et reconcilieris / si sic agis se
curus es / quare securus es / quia eo tempe penitentiaz
egisti quo peccare potuisti / Si aut vis age pniaz ipaz
qn peccare non potes / peccata te dimiserunt / nō tu illa.
Sed mihi tu inquis si fortes deus dimittat mihi / verū
dicis / vn scio illud / hoc nescio / nam si scirem nihil tibi
pdesse / non te admonerē / non te terrerem / due res
sunt / aut ignoscetur tibi / aut non ignoscetur / quid
horū tibi facturus sit / nescio / ergo dimitte incertū: et te
ne certū - Amen

De Jeiunio.

De Jeiunio.

Frequenter audistis fres carissi q Jeiunium est
res sancta / opus celestie / ianua regni / forma
futuri seculi / qd si quis iuste pfecit / dei sotius extimabitur /
dū sibi coniungitur spualis efficitur. Per Jeiunium fres mei
pscernuntur iuxta / augmentantur virtutes / humiliatur
cor / diabolice vincuntur vires / O sacrū Jeiunium tu corpus
refrenas ne insurgat / tu virtutes incitas ut resur-
gant / tu corpus sanas ut vivat / O Jeiunium tu suaue
es bonis / tu odibile es mal / tu delectabile es sctis / tu
sed detestabile prauis / O sacrū Jeiunium tu diuina
misteria pandis / que sapie et prudentie sunt: agnoscis /
recordari preterita facis / ordinare pntia non negligis /
pvidere futura festinas / Sz cauete fres mei ne Jeiu-
nando supbi efficiamini / ne cupidi vel auari vel ypocrisi
pleni / Nam sepe audistis q babilon ciuitas magna

est et populosa munita xpianis, ydolis serviens, diversis
erroribus mancipata. nam ut dicunt aliqui gigantes hedifica
verunt, sed superbia inflati fecerant in medio turrim que vocata
est babel, postea venit nabuchodonosor et ampliavit eam
et ditavit et inflatus superbia clamavit et dixit. Non hec
civitas babilon quam ego hedificavi in domum regni mei
robore virtutis mee et in gloriam decoris mei, et dum rex hec
exclamaret vox irruit super eum dicens, Tibi dicitur rex
regnum transiet a te ab hominibus eicieris et cum bestiis feris que
erit habitatio tua, fenum ut bos comedes et septem tempora super
te mutabuntur donec scias quod excelsus dominabitur in regno ho
minum, Et sic videtis quod superbiendo regnum terrenum amisit
quia cum bestiis deus eum habitare fecit. Babilon fratres carissimi
mundus iste est qui plenus est confusione, plenus erroribus
iniquitatis et veneno malitie, et ideo fratres hec omnia
cognoscentes caveamus a cunctis malis scientes quod per solam
humilitatem omnia mala vincere valemus, sine qua vera ieiunia
vobis non proderunt, quia hec est per quam ad vitam intrare
poterimus, non ergo extolli debemus si ieiunamus, sed
humilitatem servantes semper prohari non desistamus, Quid
enim est prohari nisi mortem premeditari, Ad regnum enim
celorum non conducet nos gloria mundi, non multitudo di
vitiarum, non nobilitas generis non scientia, non sapientia
huius mundi, non facundia verborum, sed sola xpi et
virtutis opera, Eya ergo fratres ad quid heremum concu
piscitis, ad quid huc venistis, quid agere voluistis, omnes
uno ore dicetis deo servire optamus, et quia sic est
propterea attendere frequenter debetis quod officium vestrum non est

solum carnem ieiunijs abstinentiaque cibi et potus affligere
quantum ualitudo uere permittit / sed et mundum contemnere /
peccata deflere / et non doctoris appetere cathedram / sed in cinere
et cilicio perseuerare in heremo usque ad mortem debemus. Adiu
uet nos xpistus filius dei quem credimus ieiunasse quadragin
ta diebus et quadraginta noctibus qui est benedictus in secula
seculorum. amen.

In uigilia natiuitatis domini nostri Jesu xpi.

In uigilia natiuitatis domini nostri Jesu xpi.

Accingimini filij potentes et estote parati quia
die crastina delebitur iniquitas terre et regna
bit super uos saluator mundi / Crastina die cal
ligo tenebrarum minuetur / Crastina die lux omnibus fide
lium credentibus reddetur / Crastina die suam modus
et reparationem amplectetur / Crastina die conditor siderum
et redemptorque omnium pendituris est ad ubera matris
sue sancte marie uirginis / Crastina die ille qui eterna
liter procedit a patre uolubilitatem seculorum ingredi incipiet
cursibus annorum / Crastina die salutis nostre legis et
tonitrus diuinitatis potentia uirginis marie uiscera fecun
dantur et ex riuulo suo fluuius magnus orietur
et fructus apparebit optimus et ex uirgulto suo radix
perfectorum bonorum procedit tamquam sponsus et procedens de
thalamo suo / Crastina die / o monace accipies infan
tulum Jesum qui tamen ante omnia natus est / para igitur
te quia ipse dignatur uidere te / osculari te / astringere
te / et numquam dimittere te nisi prius eum dimiseris / Ac
cipite ergo fratres oculos corporis et mentis et uidebitis
dei potentiam uementem et procedentem a patre tamquam sponsum

de thalamo suo / quem aspicietis / quem tenebitis / quem adorabitis pu
ramente et mundo corde / primum fortiter tenete totum in celo ad glori
ficationem / totum in mundo ut educat peregrinantes / totum in celo ut
recipiat pervenientes / totum in solio patris / totum in gremio gloriose
virginis matris / Sic enim crastina die patebunt signacula figurarum /
fulgebunt oracula prophetarum / apparebunt miracula naturarum / stillabunt
spiracula gratiarum / quia nascetur Jesus Christus filius dei vivi in
bethleem Jude / Cum enim venerit videbimus rubrum ardentem et non
consumi / virgam aaron frondentem et fructum facientem / Accingimini
filii potentes et estote parati ut videre possimus eum cum ezechiele
portam sacratissimam perpetuo clausam / Crastina die videbimus
etiam cum daniele puero sancto lapidem angularem / Crastina die
videbimus etiam regem regum mentibus oculis et humanis sub
forma panis visibilis panem invisibilem alimoniam celestem / refec
tionem beatam / cibum eterne vite / pignus redemptionis nostre / hostiam
salutarem quam die crastina manducare debemus toto affectu /
Iste est ille panis et cibus datus illi israelitico populo et manna
dulcissimum habens in se omne delectamentum et saporis suavitatem /
Iste est ille panis quem vidit pharao in quem spice pulcre
et formose erant / Iste est panis datus helye in cuius fortitu cuius
dine ambulavit xl. diebus et pervenit usque ad montem dei / Iste
est cibus quo cibantur angeli / quo satiantur apostoli / quo refi
tiuntur martires / quo pascuntur confessores / quo nutriuntur virgi
nes / et satiantur electi omnes / panem autem hunc si quis digne man
ducaverit non morietur in eternum / quia spes vite et vita est / hic
est panis qui de celo descendit / quem nobis virgo cras presentabit /
quem in gremio portavit / quem in ventre baiulavit sine gra
vamine / quem et peperit sine dolore / cuius mater est virgo

mentu ante partum / virgo in partu / 2 virgo post partum / spa
quę gemmę adorauit / sed prius mente q̄z ventre / prius q̄z fi
lius conciperetur / leuate igitur / o / fideles mei ꝛ hac nasta soli
tudine capita / ecce enim iam ꝑpta est redempcio nra / O / q̄
magna magnalia dei ꝙ nos operatur / ecce · n · quo nos ama
uit spē deus factus homo creator creaturaz dulcissimus pu
perū / conditor legis / destructor legis ꝙ nos appellatur / /
Amauit · n · nos ut reciperet nos / humiliauit se ut exalta
ret nos in se / 2 humiliauit se ut corrigeret nos a se / ecce
· n · quo nos amauit quia descendit ꝛ nos exaltaret /
Examauit se ut nobis potestatem daret / Attendite ergo
o filij potentes 2 estote parati quia die crastina videbitis
in celi celsitudine ꝛ uidebimus
in celi celsitudine ꝛ uidebimus
in celi celsitudine ꝛ uidebimus

Et quia peccando sensum amiserat quo sapiam frui debuisset
quia oblitus est comedere panem suum et refectionem suam, illam qua
vivunt anime, in corporalem mutavit delectationem. Terrenis igitur
delectationibus et corporalibus sensu et affectu immersus non potuit
ad spiritualium coniunctionem suum amorem erigere quia ea sola
que carnis sunt agnoscentes spiritualium iocunditatem non agnovit. Ideo
ipsius dei sapientia cum sursum esset deorsum hodie venit ubi homo
erat ut eum revocaret unde ceciderat. Ecce verbum caro fac
tum est ut deus et homo inter homines esset. Et conversus est panis
ille in lac ut a parvulis sumi posset. Sapientia enim sursum
erat in divinitate, ipsa sapientia panis erat in humanitate, panis de
celo descendit hodie lac factum est, ut tamquam infantes per lac
nutriti homines roborati ad panem divinitatis ascendere possent
ut idem ipse reficeret et refitiendo languidos ad incorruptionem
repararet, dedit reparandis ad incorruptionem alimentum
incorruptionis, parvulis quidem immaculatam carnem quam sumpsit
de virgine matre, perfectis vero incorruptibilem divinitatem quam
habuit de eterno patre, istis ne iterum deficeret in via sed illis
ut reficerentur in patria, istis ad consolationem, sed illis
ad glorificationem. Propterea igitur dei filius ad redemptionem
hodie hominum factus homo ut caro per carnem liberaretur
et humano generi de suo sumeretur pretium redemptionis
ut inde remedium fieret unde vitium contractum fuerat, et
in eodem monstraretur peritia medici et iustitia redempti
quam de suo et sanando invenitur remedium et pretium redime
do. Quia vero a corruptione liberandum sive redimendum erat
Porcho pretium redemptionis incorruptum esse debuerat, propterea
maria mater eius electa est et super omnes creaturas preelecta

omnibus [illegible]

omnibus gratiis fecundata, omnibus virtutibus ornata, omni sancta-
te in utero matris repleta, ut de mundissima matre mundissimus
nasceretur filius. Et sicut in celo habuit patrem immortalem et
eternum, sic et in terra habet et matrem omni corruptione carentem.
Igitur in celo qualis est pater talis est filius, sic et in terra
qualis est mater talis secundum carnem est filius. In celo cum patre
eternus et immensus, et in terra cum matre immaculatus et mansuetus.
In celo cum patre, et in terra cum matre, hodie in presepio humilis et
corruptibilis apparet. In celo imago patris apparet, et in terra filius
marie ostenditur. In celo siderum factor et cunctorum creator
ostenditur, sed in terra hodie per matrem inter bovem et asinum collo-
catur. Mater virgo est et humilitate exaltatur, sed eius hodie
filius humilitate facto commendatur. Per virginem hodie ad nos
venit, per virginem precessit nos, per incorruptionem venit ut
tolleret peccata, per incorruptionem precessit ut virtutem demon-
straret. Venit ad nos ille nazarenus Jesus ut conferret re-
medium, precessit ut daret exemplum. Non enim potuit arbor
bona fructum malum facere, quia omnis arbor ex fructu suo cogno-
scitur. Radix enim integra vel ramus incorruptus salvatoris
nostri adventus. Gabriel nuntius missus est ut novam in carne
nativitatem filii dei predicaret in qua forma servi domino sotia-
ta hostem potentem devicit, fortis in illo tamen potentia
non violenta ad inferendum iniuriam sed efficax ad iustitiam
obtinendam. Propterea Gabriel missus est non quia unus de maio-
ribus celorum est angelus, sed ideo Gabriel dicitur quia fortior
cunctis erat. Gabriel enim fortitudo interpretatur, quia etiam
ipsa infirmitas fortitudo fuit cum in ea superatus fuerit inimi-
cus et capta preda et violenter reducta est. Tres enim perierunt

et subsecutus est quartus redemptor eorum deus primus sine mas-
culo et femina ut adam. Secundus de masculo et sine femina ut eua. Ter-
tius de adam quia tulit deus unam de costis eius et replevit car-
nem pro ea. Tertius de masculo et femina ut abel. Quartus
de femina sine masculo, ut saluator mundi qui de beata virgine maria
pro nobis nasci dignatus est, quia primus auctor culpe deiectus est
per feminam. Ideo actorem gratie sine masculo femina concepit et
peperit hodie maria virgo, hec est femina totius orbis mater
et domina, que virgo permanens hodie peperit filium, stella protulit
solem, Creatura concepit creatorem, filia peperit patrem et fi-
lium sil' in unum divitem et pauperem, Ipsa filia est mater, Ipsa ancilla
est domina, Ipsa genitrix est genita, Ipsa cum integritate peperit,
cum virginitate concepit et post partum ut supradiximus virgo
permansit, Ipsum quem genuit mox adoravit, Cuius adorationis
et gratie participes nos faciat ille qui cum patre et spiritu sancto vivit
et regnat in secula seculorum Amen.

De Cena domini.

De Cena domini.

Audivimus fratres carissimi quod cum dominus intinxit panem
et daret Iude quod post buccellam intravit in eum Sathanas
Et ait Iesus quod facis fac cito, Cum ergo accepisset ille
buccellam exivit continuo, erat autem nox. Cum ergo exiisset ait
dominus discipulis suis Surgite, et postea ait filioli adhuc modicum
vobiscum sum, Ante tamen quam a vobis recedam Mandatum novum do
vobis ut dilligatis invicem sicut dillexi vos, Satis enim novit
caritas vestra quod tota perfectio vite nostre et hedificationis ex euan-
gelio accipitur, Eius verba a summo nostro magistro nobis data
sunt, Ideo preciosiora sunt et satis nos hortantur nosque hedifi-
cant quottidie, et ea vobis modo presentamus et ad memoriam

vobis reducimus non quia non bene intelligatis licet in heremo
permaneatis et segregati sitis a gentibus et corporaliter me antequam eem
episcopus pariter videre potuistis / Sed ideo dico vobis et ad memoriam re
duco non ut doceam sed ut et vos et me fratres moneam in euangelio
quo dicitur quod ad presentem diem pertinet de patientia et dilectione et
humilitate instrui / Ideo fratres ut plenius valeam vobiscum corrigi et
docere relinquere volui presbiteros meos quorum vita apostolica vera et eorum
una est et sanctum senem valerium etiam corpore hodierna die relinquere
non curavi Cupiens vos docere et a vobis doceri ut fratrem aliquem
deo die hodierna solemnitatis afferre digne possumus / Ideo fratres
ad expositionem sancti euangelii accedentes primo audire et scire vos
volo quod dominus Jesus discipulum Judam multis modis scilicet minis / sacramentis /
exemplis et planctu / voluit eum corrigere et predictis modis ad cor
rectionem mutare Ad ultimum eum manifestavit in damnationem et
ruinam eius iam paratum sibi dum in cena dixit / Qui intingit mecum
manum in prebendis parabside hic me tradet / Cum enim Judas parvam
suam vitam nulli patere voluisset magistrum audiendo erubuit
sed non penituit / Multo enim tempore ante passionem dixit / Nonne
xii. elegi et unus vestrum diabolus est / et post cenam ait / vos
mundi estis sed non omnes / hoc autem magister dicebat volens dis
cipulum verbo corrigere / sed ipso volente non poterat / Studuit
enim timore corrigere et sibi timorem eternum incutere / dum ait /
Melius enim fuisset ei si natus non esset / Sed dominus videns cor
discipuli nequiter induratum ad delectationem sacramenti dul
citer mutavit dicens sibi post petrum et ceteris / Accipite
et manducate hoc est corpus meum / Sacramentum enim illud ideo
hominibus datur ut corpus in terra capiti celesti coadunetur /

Sicut .n. multa grana constituunt unum panem / et ex multis racemis vinum unum extrahitur, sic ex multis hominibus corpus xpi conficitur / Obtulit autem dominus discipulo sacramentum unitatis ut eum invitaret ad humilitatem ellectionis / licet .n. propter alios discipulos humilitatis exemplum prebuit tamen ovem perditam valde recuperare cupiebat / Sed videns eum nequiter obstinatum surgit a cena et vestimenta deposuit / lintheo se cinxit / et ad principem apostolorum primo ut arbitror pervenit ante eum se genuflexit divinitas incarnata / deus ante hominem / creator ante creaturam / magister ante discipulum / rex ante piscatorem / doctus ante indoctum / sapiencia ante ignorantiam / pulchritudo ante deformitatem / Ideo petrus deitatem incarnatam videns ante se inclinari expavit et corruit et per cenaculum velut insensatus cucurrit / et clamavit / Non lavabis mihi pedes in eternum / nam paulo ante inquit petrus / Tu es xpus filius dei vivi et mihi non lavas pedes / Sed notare debetis fratres qui in heremo habitatis / Cur inquit cena facta dicitur cum post ablutionem pedum dicatur buccellam panis inde dominum porrexisse / non debemus intelligere cenam finitam dum dicatur adhuc panem esse supra mensam / Adhuc enim cenabatur quando dominus a mensa surrexit et tamen iam cena facta dicitur / Intelligere namque debetis quod non facta erat sed parata et ad convivatos mense usque ad perducta / Ideo Johannes aquila grandis istam dicit cenam omnia autem docens dilligenter nostri salvatoris celsitudinem voluit commendare dum ait / Sciens Jesus / quia omnia dedit ei pater in manus et quia a deo exivit et ad deum vadit magnam dei potentiam exprimit Johannes cum omnia patrem dedisse affirmat

Magnam celsitudinem xpi predicat cum eum a deo exyisse asserit
Et tamen hodie audiuimus quod qui habet omnia in manu uestimen-
ta etiam deposuit deponit / Sed quid mirum si more famuli
precinxit se lintheo qui formam serui accipiens habitu inuen-
tus est ut homo / Quid mirum si fudit aquam in peluim qui
dignatus est effundere sanguinem pro redemptione nostra / Et ait
Johannes / uenit ergo ad symonem petrum / Videtur denique qui-
bus dam sicut fuit ille sanctissimus martir et doctor Cyprianus
ante petrum Judam lauasse / uolens dominus perditum discipulum reuo-
care / Sed uidetur ratio ponderosa / Ex quo enim iam cunctorum
caput fecerat ad eum accessit primo in honorem ut ceteris
postea similiter faceret / Ideo sic intelligendum est Cum summa
rei bone transscripsisset dicendo cepit lauare pedes et lin-
theo tergere / reddit postea ordinem rei geste ostendendo dicens
Venit ergo ad simonem petrum / Quid etiam quod postea dicit
Qui lotus est non indiget nisi ut pedes lauet / Ideo
attendere debetis quod hic mentionem facit dominus de absolutione
baptismatis / Qui ergo lotus in baptismate totus est necesse
non est nisi ut pedes uenialium peccatorum abluet / a quibus
peccatis humana mens cauere non potest nec infans cuius
vita unius diei est super terram. Peractis denique et consu-
matis cene sacris factis et ordinatis in eadem cena apostolis sa-
cerdotibus communicatis et lotis pedibus Iterum intrauit mensam
et ait / Scitis quid fecerim uobis / Si ergo ego dominus et
magister laui pedes uestros / et uos debetis alter alterius
pedes lauare / Si sum magister discite a magistro / Si dominus
erubescat hoc despicere seruus / Si iam peperci prodi-
tori et uos parcere studeatis / Si ante eum me genuflexi humiles

contra aduersarios estote / Si me ab eo permisi osculari / et
uos manum prebere dignemini / Si proditorem amicum uocaui / et
uos inimicum amicum uocare et ore non dedignemini / quia non est
seruus maior domino suo. Et post pauca de filio perditionis dolorem
ostendens et dolens turbatus spiritu et contristatus ait / Unus
uestrum me tradet / O quam doluit dominus quia non potuit eum corrigere
dolebat de discipulo perdito / O quam studuit eum ad se reuocare
doluit quia obstinatum iam esse cum diabolo cognoscebat / Doluit quia
super eum sententiam eterne damnationis daturus erat / Et uidentes
discipuli fatiem quam angeli uidere desiderabant esse turbatam
dixerunt Quis est ille querens etiam quis eorum esset maior / Sed
quare hoc nisi quia arbitrati sunt ut homines quod ille qui maior
est ut dominari posset magistrum prodere procurat / Aliqui forte de
petro suspicabantur quia plus et plurima se facturum iam promiserat
pro magistro suspicantes quia ficto corde sic fatiens loqueretur. Tu
es filius dei. Sed quia petrus innocentem se sciebat innuit Johannem
ut peteret cui dominus ait / Cui panem intinctum porrexero ille est
Sed caue ne petro dicas / et cum intinxisset panem dedit Jude / Non
est credendum quod dominus alta uoce hoc dixerit / quia si petrus hoc
sciuisset dentibus proditorem lacerasset / nec etiam putandum quod
Judas tunc corpus xpi sumpsisset quia iam dominus omnes discipulos
communicauerat et Judam / sicut lucas euidenter ostendit panem
intinctum dominus discipulo porrigere uoluit / ut cor intinctum
ueneno significaret / Et post buccellam intrauit intus Sathanas /
Numquid tamen Sathanas cor eius intrauerat / omnino fratres ante buc-
cellam cor Jude intrauerat / Sed ante affectu et uoluntate tantum / Sed
post buccellam intrauit Sathanas affectu et opere / tamen fuit bona
buccella quam xpus discipulo dedit / Bonum etiam sacramentum quod ei tribuit /

Sed aliqn̄ bona obsūt / ⁊ mala qnq̄ prosūt / Corpus dn̄i qd̄ bo
nū est / malis malū est / ⁊ carnis stimulus malus est / ⁊
tamen paulo bonus fuit / Ecce qd̄ malū est sibi profuisse
cognoscimus / Sic ut s. diximus fr̄es panis iste porrectus a
xp̄o ⁊ indigne receptus a Juda fecit ex merito xp̄us ut
maior eēt licentia super eū diabolo post manifestationē / Ideo
graviorē vindictā fecit i eū Subtracta. n. grā eū dn̄s ad ma
lū dimisit vz sc̄dm desideria cordis sui ⁊ iuit in adinve
tionibus suis p̄mittens eū in p̄p̄a voluntate ⁊ arbitrio Ait
discipulo / Quod facis fac citius / quasi dicat dn̄s / qr̄ nō possūt
te revocare timore verecōdie / seu mortis eterne / nec amore /
Do igitur tibi potestatē ut agas facto qd̄ iā ꝑ voluntate fecisti /
O / Juda quod facis attende antequā facias. nam post factū
grām penitendi hr̄e non poteris / O / Juda Cupis tradere qui
tibi multa pctā pepercit / nūquid non a morte te sepe libera
vit / Nūquid non tui amore fr̄em tuū sanavit Alepra / ⁊ mr̄em
tuā cū qua cōcubueras a paralesi etiā liberavit / Nūquid non
te discipulū suū instituit / Nūquid aīo te bursariū suū fecit /
Nūquid non te in furta invenit ⁊ semp̄ tibi pepercit / Nūquid
non te post petrū plurimū honoravit / Nūquid non te xp̄us
semp̄ quasi iux̄ se hr̄e voluit / Nūquid non te ad pacē post
q̄ te p̄ditorē cognovit sepe revocavit / Nūquid nō tibi sacrū
suū corpus donavit / Nūquid nō ante te genuflexit ⁊
tuos pedes lavit atq̄ osculatus est / Cur ergo vis p̄dere
magrm̄ a quo tanta dona recepisti / Sed hec oīa non ꝯsiderās
recepta buccella exivit cōtinuo ⁊ bn̄ fr̄es exivit / quia vere
a deo ⁊ a consortio discipulorū exivit / Erat inquit evāta
nox discipulo p̄ditori data quia cecitas eius mētē caligaverat /

Et postquam discipulus ab eis nocte recessit mox magister undecim con-
gregauit, et ait filioli adhuc modicum tempus uobiscum sum. Ideo
mandatum nouum do uobis ut dilligatis inuicem sicut dilexi uos.
Nouus .n. erat homo, quia quatuor modis generantur homines. Aut
sine patre et matre, ut adam. aut sine matre, ut eua. aut ex patre
et matre, ut ceteri homines. aut sine patre et ex matre tantum, ut xpus.
Bene ergo nouus homo erat, quia deus et homo erat. nouum ergo regnum
promittebat quod nemo unquam promittere. s. regnum celeste ausus
fuerat. Ideo nouum mandatum dedit. In lege autem ueteri dictum
erat, diliges amicum tuum, et odio habebis inimicum tuum. Sed
xpus nouum mandatum dedit, quia ut amicos ita et inimicos diligere
mandat. Cetere namque uirtutes, fides, oratio, elimosina, uirginitas
et fidelibus et infidelibus esse possunt. sed inimicum dilligere tantum est uirtus
discipulos xpi constituens. Et ideo magister ueritatis dixit, In hoc co-
gnoscent omnes quia mei discipuli estis si dilectionem habueritis ad inui-
cem. Excitate tamen fratres quod talis ordo in dilligendo seruandus est. primo
super nos et super omnia deum dilligere debemus. deinde animam nostram que
nostra proxima est. deinde corpus quod factura dei est. Ideo apostolus dice-
bat, nemo carnem suam odio habuit unquam. Ideo nutrire debemus cor-
pus, nec ipsum occidere, sed substentare id debemus cibo et potu quan-
tum ualitudo permittit, sic enim uult deus, sic uult apostolus, sic et
uobis fratres mei precepi. Ideo fratres mei hortor uos et moneo atque
fieri precipio ut tantum carnem dometis quantum natura por-
tare potest. nam quod cum uideam inter uos quosdam sexagenarios,
quosdam septuagenarios, quosdam centenarios, uidens eos
dei amore feruentes corpora eorum crucifigentes, uinum et non
bibentes, timeo ne forte potius deum offendant quam placeant.
Talibus in xpi nomine precipio ut saltem diebus dominicis et solemnibus

vinū vel seruisiam bibāt. Iuuenes aūt qui fortes sūt, ⁊ iā triūpha-
re de inimico ceperūt in xpi noīe penitentiā agant, ne deuincā-
tur ab hoste, sic sepe seruare precepi, sic non occidemus cor-
pa nrā, sed seruient creatori deo. Deinde dilligēre debemus
proximū. s. frem nrm vel inimicū. Ideo attendite q̄ si inimi-
cum uideris esurire, ciba illuz, da illi potū, operias eū, ⁊ carnē
tuā ne despexeris. Dilectio .n. spūalis bonorū est, quia oīs
hūs eam bonus est. Numqd etiā cū odio aliqn paradisuz quis
intrauit. Ad infernū ire odiū hntez sepe legisse memoror,
sed ad celuz nūqz uolare concedaz. Cupimus g° frēs esse
ciues celestis ciuitatis, Illa inqz hēt pacem, In ipā deus habitat
in ipā quiescat ⁊ pausat, q̄ factus est in pace locus eius. Non
g° hēmus cor intinctuz odio ne filij iude ꝓditoris sumus, ne
cū eo suspendamur, ⁊ a diabolo pariter cū eo trahamur ad tar-
tara. Qui odiū in corde portat seruus diaboli est, ⁊ qui pacē
impedit antixpūs est, et qui pacez ordinat inter frēs uere
filius dei est. Attendite frēs mariā qm multū dilexit dimissa
sunt ei pctā multa. Quid etiā petro dixit dns nisi petre
amas me, ⁊ quia amauit meruit amari meruit ⁊ audire
pasce oues meas, pasce agnos meos. Quid eiz discipulo ait qui
dilligebat xpm, ⁊ quē xpus dilligebat. Dilecte mee veni
ad me, quia tempus est ut epuleris. pacem g° hrāmus frēs
si pacez cū x° hrē uolumus. Si vis amari a xpo, ama inimi-
cū pp xpm. Si g° vis amari, ama. hāc amplectimū, hanc
dilligite, hanc pacez ⁊ concordiā usqz ad mortez seruate si uul-
tis cum deo pacez hrē. Pax eniz custodia ⁊ capsa uirtutū est.
pacez hāc annūtiare in suo ortu angelis precepit. pacē annūtiauit

sepe aplis predicare. pacem precepit hoib. pacem pro testo aplis
reliquit. pacem in cruce pendens postulauit. pacem in sacrificio tociens
i populo pmitiare uoluit, nullique dabatur uenia nisi pacifico uiro.
Pellite ergo a uobis hoc oclij mortiferum uenenum, pacem inter uos
hrtatis, quia fres estis, quia in hac uasta solitudine sil congrega
ti estis. uno. n. pane, uno indumento, uno colore, una aqua,
oes simul pticipamus. Reducam igitur ad memoriam fres uram
q dns ab initio osculatus est, et tn amicum uocat illum pditorem
dicens Amice ad quid uenisti. Date igitur reconciliationis pacem
sed no osculum proditoris frem et sotium quis dubitare poterit
Sed qui amor xpi inimicum dilligit xpi filius est, uos enim
fres quorum uita lux mundi est, licet mundus uos non uideat,
tn lucem mundi uos appello et sal terre, ideo quia lux estis lu
ceant uram opera bona nos qui uidemur gerere in corporis
uri hitu figuram crucis et nomen sce religionis hemus, in gra
etiam uestem humilitatis portamus, zonis etiam precincti sumus.
Caueamus ne siles sumus sepulcris dealbatis que pulcra et
pretiosa appent, sed intus sunt plena ossibus mortuorum occultis.
Pudeamus etiam ne uobis dicatur, ueh uobis qui clauditis
regnum celorum an hoies, Timeo. n. satis ne paradisum intre
mus, nec alios pmittamus intrare, hoc aut dico quare dico
fres non q credam uos malos ee, sed qr doleo de fre nro pdito
simplicio qui ad hunc locum et ad hanc scam congregationem cum
tanto feruore puenit, et audiencio prem interfectum ee a uobis re
cessit et mundum intrauit ut pris uindictam uindicare posset,
Qui ergo existimat se stare uideat ne cadat, et sic homines
uidentes illos qui columna sanctitatis ee uidebantur tam nequiter

cadere non solum ipsis regnum celorum claudunt sed in seculo commorantibus.
Nobis denique fratres qui nomen et habitum sancte religionis portamus
vita mala periculosior ostenditur quam in seculo commorantibus. Plorem9
ergo peccata nostra fratres et fratres nostri amissi. Diligamus etiam nos inimi
cem quia caritas ex deo est. Non erubescat alter alteri ve
niam postulare quia non erubuit xpus inimicos in cruce
ad pacem revocare. Non erubescat facere servus quod primo fe
cit dominus. Deus autem qui fecit habitare nos unius modi in do
mo qui est vera pax qui fecit in utraque unum nos et in vera
pace perseverare faciat. Amen.

De Angelis

De Angelis

Quia naturis angelicis semper defendimur ne demer
gamur fratres dilectissimi. Ideo de eis ad eorum ex
altationem sermonem facere ne pigrescamus. Sed
quid de angelis spiritibus dicemus cum de eis loqui immundi sumus
Credimus tamen sane et indubitata fide tenemus divina eos pre
sentia et visione beatos et sine fine letari bonis. deinde que nec
oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit. Quid
ergo miser peccator pulvis et cinis nobis loquar. quia nec ego
eorum gloriam valeo cogitare nec vos audire sufficitis. profecto
si ex habundantia cordis os loquitur ad dei laudem quia nos
dignetur ad amorem suum inflammare dicamus quod possumus. In
supernis spiritibus non solum admirabilis dignitas est et dignatio
amabilis invenitur. Sed tanta gloria est quod lingua vel cor
humanum nullatenus dicere valeat vel cogitare. Ipsi enim deo sem
per assistunt. domestici dei sunt. celi cives. principes para
disi. sancte magistri. doctores sapientie. illuminatores animarum. custodes

earum / Corporum zelatores, et defensores bonorum / quod bene testatur
ille doctor doctorum et veritatis predicator qui raptus fuit usque
ad tertium celum et beate illi curie ille interesse meruit et videre
deum sicuti est / atque super omnes homines meruit nostra secreta
Tunc .n. ait / tunc .n. dixit et exclamavit quod omnes erant
administratores spiritus missi in ministerium nostrum / Ipsi pronuntiarunt cus-
todes dignitates quoque nostras tam spirituales quam temporales omni diligentia
custodientes / Ipsi sunt contra fomitem impetrantes / Ipsi sunt pro
nobis contra demonem victoriam obtinentes / Ipsi sunt per quos ad
fletum contritionis penitentie et orationis inducimur / Ipsi sunt per
quos nostra facta vel cogitata ad celum hilariter portantur
Ipsi sunt fratres nostri qui valde nos diligunt / nos ubique instruunt
Incunctis nos protegunt nostrum adventum expectantes ad celum
et sedes paradisi per nos repleri affectant / Isti sunt sanc-
tissimi spiritus qui nobis dormientibus adsunt custodes / nobis oran-
tibus adsunt tripudiantes / Quis ergo fratres angelorum memoria
in mente carebit / quis eos non diligit / quis non veneratur
qui in conspectu dei semper assistunt / Isti sunt per quos susten-
tamur per quos in terra et in mari iuvamur / per quos mente
et corpore illuminamur / per quos in tribulationibus et angustiis con-
solamur / per quos ab infirmitatibus frequenter liberamur /
per quos et a quibus in extremis contemplamur / In fide solidamur /
et a maligno spiritu defensamur / et obtenta victoria ad para-
disum vel ad purgatorium per eos deportamur / et dum
purgamur ab eis sepe visitari et consolari non dubitamus
promittentes celestem ierlm civitatem ingressuros / Eya ergo
fratres studeamus sanctos angelos invitari et non solum ipsos

sed etiam angelorum amicos. Circumspiciamus .n. integra mente
perlegamus scripturas ut possimus et inveniamus angelorum
amicos quibus inventis petamus quid fecerunt quomodo angelis
placuerunt in quibus eos secuti et imitati sunt. Veniat sanctus pater
abraam et quid fecit innotescat. Veniat et frater eius loth
et dicat propter quid vel quomodo a sodoma per angelos liberari me
meruit. Veniat et thobias ducens secum filium et propter quid per
angelum liberari meruit illuminari et filium custodiri doceat.
Veniant et tres pueri et quomodo activus et passivus approximatis
non sequatur necessario actio scribant. Veniat et petrus et quomodo
per angelum liberari meruit audiamus et audientes magna
magnalia que sancti angeli fecerunt eos sequi et imitari
valeamus. Dic nobis sancte pater abraam quid fecisti vel quid
facere docuisti ut sanctis angelis tam iocunde placeres
dic ut a te discamus. Doce ut nos a te doceri valeamus
nam pater es et quia omnes tui filii sumus te decet nos docere.
O fratres quid aliud dicere potuit quid aliud vel docere nisi quod
hospitalitatem semper servare voluit. O sancta veraque hospita-
litas que non solum angelos sed etiam ipsum deum aliquando recipere
meruisti. Ecce propter quid abraam angelis dei placuit. Ecce propter
quid loth liberari meruit. Ecce propter quid thobias illuminatur
et filius illesus reservatur. Ecce propter quid tres pueri et petrus
illesus reservatur in carcere. Discite ergo christiani discite hospi-
talitatem exhibere in cunctis ne forte cui domum clauseritis
cui hospitalitatem negaveritis ipse sit deus. Obviam enim
fuit loth angelis tanquam peregrinis qui ex sua laudabili
consuetudine iam sodomitico vitio liberatus est et inter passiones

vermulo

optimus conservatur, a periculo civitatis eripitur, et corporale eva-
sit incendium et ad eternum conservatus est premium. Numquid
et abraam deum vidit quando tres vidit et unum adoravit. Igitur o
fratres recipere peregrinos festinate. Tu enim nescis an xpus dignetur
te visitare, licet xpus semper in hospite sit. Pateat enim pere-
grinis ianua tua, suscipe eos alacriter, ablue pedes, lava eorum
capita, purga eorum munditias, et noli avertere manum tuam
ab ullo paupere, et si cunctis subvenire non vales, saltem vo-
luntas bona sit circa eos. Sed Suscipite ergo fratres peregrinos
quia qualem mercedem habemus peregrinando talem habebimus per-
egrinos suscipiendo. Fiunt enim ambo equales, et qui propter deum
refrigerat, et qui propter deum laborat. O sancta namque hospitalitas
angelorum amica, caritatis soror, humilitatis corona, nam qui
te habet veram habet humilitatem qui te humilitas habet veram hospita-
litatem. nam sine te hospitalitas nulla est. Discamus ergo
fratres non solum hospitalitatem a patribus servare, sed a xpo humi-
litatem astringere, discamus ab eo non mundum fabricare, non
cuncta visibilia et invisibilia creare, non in ipso mundo miracula
facere et mortuos resuscitare, non sicut siccis pedibus super aquas
ambulare, non hec omnia sed tantum quia mitis est et humilis corde,
hoc est perfectum hospitalitatis fundamentum. O sancta namque humili-
tas hospitalitatis solor soror et amica suavis, qui te habet in cunc-
tis magnus indigniorem se aliis arbitratur. Numquam desiderat
superior apparere, primatus et cathedras omnes fugit, omne dominium
abhorret, solam hospitalitatem amplectitur, solam eam possidere
desiderat. Eya ergo fratres excelsa est patria patria, sed humilis
est via. Mensuremus ergo eam, perquiramus eam, ambulemus

per eam. Sic enim fecit abraam et loth dum peregrinos suscipie-
bant. Sic thobias dum mortuos sepeliebat. Sic enim et
angeli de quibus ait saluator quod semper uident faciem patris qui
est in celis. amen.

Ad Sodomas.

Ad sodomas.

Audite non fratres karissimi sed principes sodomitarum
percipite auribus legem dei nostri. populus gomorre
audite et auditum facite filiis uestris. O gens plena
peccato. gram iniquitate semini nequam filiis sceleratis. Ecce
derelinquistis deum. blasphemasti sanctum israel. et alienati estis
iam retrorsum. A planta .n. pedis usque ad uerticem non est
uobis sanitas. Ideo terra uestra deserta. ciuitates uestre succen-
duntur igni. regionem uestram coram uobis alieni deuorant.
et desolabitur. sicut in uastitate ciuitatis hostili. Quare
hoc patiuntur nisi quia similes sodomitis estis iam. Audite ergo prin-
cipes sodomorum. audite Isaiam uobis dicentem. Multitudine
uictimarum uestrarum plenus sum eo quod indigne mihi offertis.
Ne offeratis ergo ultra sacrifitium quia sabbata uestra incensum
uestrum et solemnitates uestras odiuit anima mea. et omnia facta sunt mihi
molesta. Cum extenderitis manus uestras auertam oculos
meos a uobis. et cum multiplicaueritis orationes non exau-
diam pro eo quia quia turpitudinem operamini. Que est illa
turpitudo. illa summa immunditia. illa summa miseria. a
qua angeli fugiunt. quam demones uidentes oculos claudunt.
Illa est enim immunditia et miseria. quam masculi in masculis
operantur. de quibus ait apostolus. Non solum qui faciunt. sed et
qui facientibus consentiunt digni sunt morte. Hec est enim

merito immunditia quia est nimia mentis et corporis spurcitia, et hec spur-
citia non solum peccatum est sed et pena peccati. Cum enim deus videt omnino se con-
temnentes et mandata sua conculcantes vertit eos in reprobum sensum
ut illam abhominationem exerceant et non intelligant et animadvertant sic ait apostolus
quia non tradiderunt deum hec in notitia tradidit eos dominus ignominie.
nam masculi relicto naturali usu femine exarserunt in desideriis suis. i.
masculi in masculos turpitudinem operantes. O quam abhominabile vitium, O
quam detestabile crimen, O quam mortiferum damnum, O quam pessimum scelus.
O quam admirabile malum mandibile, Ecce enim membrum xpi non so-
lum fornicatur sed etiam meretrix efficitur, hec est enim illa immundi-
cia quam deus odio summe habet, quam detestantur sancti, quam odiunt beati,
quam fugiunt illi qui regnum dei consequuntur eternum, quam diligunt
illi qui cruciandi et maledicendi sunt cum diabolis et angelis suis.
O pessimi sodomite et veri peccatores, O pessimi attestante scriptura
erant sodomite pessimi et peccatores coram domino, peccator enim dicitur coram domino
cui cuius peccatum deus non dimittit impunitum, et non differt diu, dif-
ferens penam, tamen ait Clamor sodomorum et gomorreorum mul-
tiplicatus est et peccatum eorum gravatum est nimis, Clamor enim dicitur
peccatum quando non solum cogitatur, sed absque omni timore ad actum perducitur
et in consuetudine multiplicatur, et tunc dominus gladium furoris sui exten-
dens pluit ignem et sulphur de celo, et combuste sunt civitates et
submerse, Merito igitur civitates ille per sulphur submerse sunt
et destructe, quia tam eorum femine quam eorum masculi fetenti luxuria
ardebant, O luxuria pessima, virtutum destructio, vitiorum aug-
mentatio, delectationis combustio, caritatis diminutio, bursarum eva-
cuatio, inimicis es. Sed ecce omnis dulcedo in amaritudine grandi
mox convertitur, O luxuria per te pax destructa est, per te homicidium

factū est / per te ciuitates combuste sūt / p te regna pdita sūt /
p te oīa fere mala facta sunt / p te dauid exulatus a deo / per
te sampson moritur / per te salamon expellitur / per te loth pa-
titur relinquens priam ꝛ uxorē amittens / Et ideo pūarica-
tores legis attendite / legite legem / O gomorreorū sequa-
ces quiescite iā agere peruerse / discite iam benefacere / fugite
sodomitas ut mortē / nolite conuersari cū eis / ne forte cū
eis depereatis / Veniet eīz tempus ꝛ nō tardabit / Insurget
ille sanctus Joseph qui de hoc crimine pessimo suos fratres
incusari pri non timuit / Surgat ꝛ nūc hic castitatis exm
ꝛ interficiat omēs tales opantes iniquitatē / Veniat ꝛ
ille magnus scīs paulus uas ellectionis ꝛ cōfundat omēs
tales talia diligentes ꝛ nullus repiatur in orbe / Veniat
ille dillectus dei virginitatis imago sanctus Johēs ꝛ sua
virginali pntia tales cōfundat / Veniat et illa lucerna
mūdi ꝛ cursus pcursor dilectus ꝛ sua grandi audacia omēs
tales interficiat spū oris sui / Veniat ꝛ loth nepos scti
abrahe cū nepotibus suis ꝛ oēs tales expellāt de terra ui-
uentiū / Veniant oēs scti angeli ꝛ cōburāt oēs qui opātur
iniquitatē gomorreorū / Eya g° requiescite iam agere peruerse /
discite cum ꝛ Joseph benefacere antequā adimpleatur que diximus
Mementote frequēter ꝛ nolite obliuisci quid fecit illa romana
carperea / Quid eīz fecit? nā luxuria magna regnabat in
ea / ꝛ tn ipā pagana caste uiuere uolebat / Quid eīz fecit?
oculos sibi erui uoluit ꝛ precepit / ꝛ delitiis cūctis depositis
panē tm cū aqua sumere uoluit ad mēsurā / O fres mirabil
conditio mulieris / mirabilis bonitas / mirabil fortitudo / quia

Carperea Roma

per hoc non paradisum expectat / nec per hoc laudari desiderat / nec
beatam predicari affectat. nam propter quid hoc fecerit ignoramus / quia
paganam eam fuisse predicamus / Omni tamen scio quod si consilium augustino pe-
tiisset / ego tanquam fidelis nihil aliud dicere potuissem / nisi quod tuum panem
et aquam sumpsisset determinato pondere et mensura. Nos ergo fratres scire de-
bemus et nullatenus dubitare quod castitas cum habundantia et fertilitate
stare non potest / Et mihi non creditis / gomorensibus credite habundant
enim valde in cunctis bonis / et postquam comederant et biberant surrexerunt
ludere / sic et vos operantes video / nam fertilitatem habetis pane et vino et
cunctis bonis omnibus quibus indigetis / Ideo timeo ne pereatis / quare quia
non est malum quod in vobis non regnet / numquid superbi numquid
avari / numquid gulosi numquid puerorum concubitores / O miseri
membra diaboli / cur non erubescitis / cur non desistitis talia operari /
Confundor ego episcopus talia loqui / Confundor et vobis talia enarrare
Sed et si tacuero mors mihi est / et si hoc predicavero non effu-
giam linguas vestras / Audacter igitur predicabo / quia et vos pub-
lice operari non erubescitis / Emendate igitur vitam et emendabo
verba / Quiescite agere perverse / et ego quiescam mala vestra
vobis improperare / Sic etiam dominus facit / quia mutata vita mutat
sinam / bene operantibus promittit gloriam / male vero penam eternam.
Erudiamus igitur fratres nos met ipsos in sciam et castitate ut stu-
dentes et intelligentes simus suaves et affabiles et mites in cari-
tate non ficta / nam si luxuriari volueritis numquam caritatem
habere poteritis / Caritas enim est virtus que consummatio et perfectio
alienarum virtutum dicitur. sic et luxuriam destruetis / nam nulla
virtus / nulla bonitas nulla sapientia cum luxuria stare potest /
nulla iustitia / nulla laus / sed omnis perversitas et personarum
acceptio in ea regnat / Ideo attendite Sed quam necessaria est ipsa

castitas audite. nam si caste uixerimus, Rixe intus nō erūt
non uerba mala. Et si mihi non creditis quid loth acciderit
legite. Nam scti angeli domū eius intrauerūt, quo facto sodomite
domū eius circūdederūt, et forsitan non solū per hostiū sed p
fenestras intrauerūt. nūquid et loth cum ne potibus suis uerbe
rauerūt? omnino ut arbitror non solū uerba sed uerbera rece
perūt et forsitan fres. et ideo uxor loth conuersa fuit i statuā
salis quia sodomitis non procurabat resistere. In simili etiam
scelere et in eodem crimine mulieres etiam erant, et forsitan
etiam in maiori, quia principiū tanti crimīs in illis ciuitatibus
mulieres fuerūt, et homines postmodum ipe pessime docuerunt.
O mulieres luxurie mres, nō sufficiebat primū hoīem dece
pisse. Et ideo conuertamur ad dnm nrm, simus penitentes,
unanimes in dillectione dei ut membra unita nūqz laborāt.
Nam sicut odiū dissipat ecclīam, ita uinculū dillectionis
hedificat eam. Odiū enim generat detractionem et inuidia
que est pestilentia et pernicies ecclie, per odiū amittitur illa
scta utilitas et iocunditas de qua dicitur. Ecce qz bonū et qz iocundū
habitare fres in dnm. per odiū expellitur xpus qui est uera
sapientia, quia in maliuolam aīam nō introibit sapia. Et ideo ro
go uos ut uitam nrām emendetis docentes filios dros et filias
quō caste uiuant et mature incedant, abstineant a cibo et potu
sit eorum sermo pudicus, incessus honestus, uultus inclinatus,
lingua affabilis, mens plena dillectione, manus plena opatōe.
Et sic sic feceritis fres cum scō loth liberabimū de inferno fugiētes
et uolantes per gratiam ad gloriam. Amen.

De obitu scti Augustini epi Iponen.

De obitu sancti Augustini epi Ayponen.

O fratres mei et leticia cordis mei tēpus est ut reuertar

ad eū qui misit me ad uos / uos uero nolite cōtristari ne turbet cor
uestrū. Rogabo .n. prēz ut ipē uos custodiat ⁊ maneat ī eternū uobiscū.
spūs ueritatis. Iterū dico uobis de meo recessu nolite ampliꝰ cōtristari
sed semper rogate ad inuicē ut saluemini / Valde .n. seruus dei ⁊
solitarijs nccia ē ipā orō / ꝑ quā deus placatur / ꝑ quā ad nos deus īcli-
natur / Adorauerat eīz ppl̄us Iudaicus uitulū ꝯflatilē / ⁊ ait dn̄s x
moysi / Dimitte me ut irascatur furor meus contra eos / Cui moyses
Queso dn̄e quiescat ira tua ⁊ esto placabilis sup̄ malitiā ppl̄i tui.
⁊ ecce placatus est dn̄s / O / q̄ grandis est ipius orōis cā / O / q̄ gran-
de misteriū / Ecce moyses orabat in monte ⁊ Iosue amaleth de-
nūtiabat per orōem / Ezechias orat / ⁊ salutē corporis ⁊ aīe adi-
piscitur / orōe saulus efficitur paulus doctor gentiū ⁊ p̄dicator
orbis terre / Obsecro g° uos fr̄es ut oretis ꝑ inuicē ut saluemini /
Deprecor fr̄es mei cū aplo p̄mū oīuz fieri obsecratiōes / orōes / postu-
lationes / cū grāriū actione / Orate ⁊ nolite deficere / ⁊ si possibile
est lacrimas cum orōe effundite / O / q̄ magnū sacrifitiū ues-
pertinū obtulistis deo lacrimas cū orōe effundere / Diuina .n. scrip-
tura aliqn̄ nos ad lacrimas / aliqn̄ nos ad gaudiū inuitat / Dice-
bat sepe saluator discipulis suis / Bti qui lugent in hac uita
quia gaudebunt in eterna uita / prius .n. dolendū / sed post
dolorem gaudiū consequitur / quare beati qui lugent / Sed x
postea dicit saluator gaudete ⁊ exultate qm̄ merces uestra
copiosa est in celis / q̄ quidē merces per lacrimas ⁊ orōnes ac-
quiritur. Orate igitur fr̄es mei ī heremo / orate ⁊ nolite deficere
nō nam sicut ꝑ p̄mū est canibꝫ latrare / Ita ꝑ p̄mū est heremi cul-
toribꝫ orare. bonorū .n. orō loquutio est ad deū / qn̄ .n. serui
dei legūt / deus eis sine dubio frequenter loquitur / Sed cum
orant / cum deo suauiter loquūtur / Ipē .n. est sapiens qui sub

paucis uerbis multa comprehendit / et quicquid necesse est hilla-
riter tribuit habundantius et perfectius quam homines sciant
uel ualeant cogitare. O fratres mei dillectissimi clamate in he-
remo ululate in hac uasta solitudine nociferate non quiescatis
Clamate orando et nolite deficere / Clamate non solum uoce sed
maxime mente: Ecce semper auditis in deserto aues cantantes et
laudantes deum factorem suum / et si cantare non potestis quia
iam senes estis multum saltem mente nolite tacere / Nam et ta-
centes exaudiuit dominus nec locus plus queritur quam sensus / Ecce
hieremias confortatur in carcere / Daniel inter leones exultat /
Tres pueri in fornace tripudiant / Job in sterquilinio triu-
phat / De cruce latro paradisum inuenit / Susanna inter
senes defenditur / Stephanus de torrente in celo suscipitur
et inter lapidantes pro seculo exauditur. Non est igitur locus
in quo orare non debeamus / quia ubique deus est / ubique nos
exaudire dignetur / Orate igitur semper et in omni loco ut salue
mini / non solum unusquisque pro se sed pro omnibus orare de-
bemus. nam ut ait pater Ambrosius / Si pro te tuum roga-
ueris solum tuum meritum possidebis / Sed si pro omnibus orauerit
omnes pro te rogabunt. O oratio sancta columna sanctarum
uirtutum deitatis scala / uiduarum maritus / Angelorum
cognata / fundamentum fidei / monacorum corona /
Coniugatorum leuamen / Beatus qui te amat
Beatior qui te frequentat / Beatus qui te astringit /
Sed beatior qui in te perseuerat / Beatus qui in te
lacrimas fundit / quia holocaustum sanctum deo et immacu-
latum offerre non dubitamus. Flete igitur fratres mei

orando et nolite quiescere ut digni efficiamini gratia dei. Sed dicetis ecce
multi sumus, et preter Enodium Alipium et pontianum qui de scriptura
sancta multum nouerunt omnes grossi et idiote sumus. Ideo doce nos
orare. O fratres mei licet grossi sitis et subtilia non capiatis, non
tamen uos debiliores reputo sed cariores, ignaros et humiles, quam sapientes
et elatos superbos. Dei tamen gratia pro nostra salute sufficit quod habetis licet
.n. medullam scripturarum non intelligatis, sicut Enodius Alipius
et pontianus, qui iam diu mecum commorati sunt, tamen scripturarum corticem
uos intelligere non dubitamus. Diximus .n. primo uobis quomodo psal-
lere orare et manibus laborare debeatis quando necesse fuerit, et si uobis
tempus superfuerit, dicere pater noster non differatis. Ipsa .n. dominica oratio
appellatur in qua reperiuntur septem petitiones in quibus omnes
species orationis comprehenduntur quibus deum interpellamus pro appe-
tendis bonis et pro euitandis malis aut pro commissis dolendis. Tres
.n. prime petitiones pertinent ad eternitatem, Relique uero qua-
tuor ad hanc uitam temporalem pertinere uidentur, quia et panis
quotidianus .s. spiritualis licet sit sempiternus ad hoc etiam
ad tempus pertinet inquantum ministratur anime quibusdam signis
dictis uel scriptis, et ideo panis dicitur qui laborando et diserendo
datur et ita quasi manducando deglutitur. Nunc quoque peccata
dimittuntur nobis et nos dimittimus aliis, que est petitio
inter quartam et quintam petitionem, et nunc temptationes
nostre uitam infestant, Et ipsa liberatio a malo ad hanc pertinet
quia per iniusticiam ad hanc mortem incurrimus, unde dei numera
liberati sumus. Que cum ista ita sint ipsarum petitionum uerba dil-
ligentius pertractanda sunt ut maiorem generet cordis affectum
et quod petitur ad uelociorem perducatur effectum, Orate ergo fratres

dicentes. pr̃e nr̃. referentes gr̃as omn̄ bonorũ largitori qui dul-
cedo mr̃a est nra resurrectio nr̃a spes & lumen oculorũ nr̃oz
baculus senectutis nr̃e donas nobis sensum ut eũ agnoscam⁹ &
secreta secretorũ suorũ intelligamus. spr̃s. n. nobis dedit efficа-
tiam ꝛ opere gr̃am inter electos effectũ in suis & suorũ preptis
solamen & constantiã in aduersis cautelã in psperis & timoꝛ̃
& quorumq; nos uertimus sua grandis miã nos preuent. o
pr̃es mei nõ negligamus orare nõ carnẽ domare nõ ingulare
& tñ quid ei retribuemus qui nõ permisit nos submergi cũ
i malo magno essemus. Ecce. n. cõsumpti eramus & nos libe-
rauit. errantes eramus in seculo & reduxit nos ad uitã. ignoꝛ-
rantes eramus & donauit nos ueritatis uiã. non igitur tedeat
nos orare. quia non familiã regere. sed tantũ deo placere
debemus. Et ut bene psallere & orare possitis absq; magꝰ
cõpis impedimento de bonis Epãtus ecclie yponensis. Cen-
tum & quadraginta uestimenta cũ talmentis nobis dilectis
filiis deportare precepi. ut tempe frigoris qd nr̃e fuerit
unusquisq; recipiat deponentes ea & custodientes in comi
uestiario cũ oi diligentia & caritate. Quoniã sp uera ca-
ritas nõ querit que sua sũt. sed que dei. Sit aũt fruentes nõ
defraudatis. Deus aũt pacis qui eduxit de mortuis pastoꝛ̃
magnũ ouium in sanguine testamẽti eterni dñm nr̃m Jesum
xpm̃ aptet uos in omni bono ut faciatis uoluntatẽ eius fa-
ciens in nobis quod placeat coram se per Jesum xpm̃ nr̃m cui est hoꝛ
& imperiũ in secula seculoꝛ̃. Amen. Orate pro nobis pr̃es & ꝛ
ante meũ recessum ipso nos salutare in osculo pacis. Amen.
Cremone. 1467. 3o. martis hora. 22a. Scripta p me ollmezuz
de bleyslich de Lodio ad laudem & gloriã Clementissimi ac oĩpotentis
dei nec non eius pyssime genitricis marie semp virginis & ꝛ
tocius curie celestis.

Explicuit sermones sancti Augustini Epi Iponen.
scripti per me Olliuerium de bleysich al. de Saramo
de Ciuitate famosissima leodij In ciuitate alma
cremone dum in domo spectabilis et eximij Juris
utriusq doctoris dni Johannis Francisci de allia dni
mei semper colendi pro scriba manerem. Finiti uero
tercio Martij. 1466. Tempore sanctissimi dni nri
pauli pape secundi, nec non serenissimi Federici
tertij Romanorum Imperatore regis, ac etiam Illustrissimi dni
dni Galeaz marie ducis mediolani etc. Ad dei
omnipotentis laudem eiusq gloriosissime matris
marie [illegible] semp uirginis et totius celestis
curie. Amen.

De Superbia et humilitate — in ff 77 at°
De fortitudine — in ff 78 at°
De modo querendi deum — in ff 79 at°
De obedientia mandatorum dei — in ff 82
De Murmuratione — in ff 86
De Caritate et pietate
et operibus misericordie — in ff 89 at°
De Justitia. — in ff 93
De Curiositate vitanda — in ff 94 at°
De memoria finalis Judicij — in ff 98
Qualiter debemus vigilare — in ff 99
De Invidia — in ff 101
Sermo qui incipit. Ut nobis per
litteras declaravit sanctus
pater Hieronimus — in ff 102 at°
De penitentia — in ff
De Jeiunio — in ff
In vigilia nativitatis domini nostri
Jesu xpi — in ff
In die nativitatis domini nostri
Jesu xpi. — in ff

De cena dñi.
De Angelis.
Ad sodomas
De obitu sci Augustini Epi
Hponensis.

filia michi progenita ~~kat~~ fuit die x febru=
arij infra horam decimam et undecimam
anno lxxx in die et nominata fuit katerina, et
et fuit dies jovis compatres fuerunt dominus augustinus capellanus
gradi vo asch et diemut que est cum
wolfgango ~~et~~ leitgeb et margareta
et hospitali

Item feria sexta ante festum annunciationis marie
in nocte infra decimam et undecimam
~~et fuit dies~~ horam ~~x~~ anno lxxxij° fuit michi
et fuit dies xxij° mensis nata filia mea anna et eam ex
marcij sacro fonte levavit diemut que habitabat
in domo wolfgangi leitgeb

Item in vigilia sancte margrete que fuit undecima
die mensis julij anno lxxxiij° in die infra
et fuit dies veneris horam octavam et nonam fuit michi natus
primogenitus filius wilhelmus quem levavit ex sacro
fonte frater johannes kaufman ordinis predica=
torum qui eo tempore fuit prior conventus
predicatorum laundshuete Idem filius
meus wilhelmus mortuus est in die sancte
[illegible] julij anno